

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis


[Genevae], 1585

Veterum grammaticorum de proprietate et differentiis Latini sermonis
libelli

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)


VETERVM GRAM-
MATICORVM DE PRO-
PRIETATE ET DIFFERENTIIS
LATINI SERMONIS LIBELII.

Authorum hac sunt nomina.

- | | |
|--------------------------|--------------------------|
| 1 CORNELII FRONTONIS. | 7 Q. ASCONII POEDIANI. |
| 2 NOMII MARCELLI. | 8 MARI SERVII HONORATI. |
| 3 AGRAETII. | 9 SEX. POMPEII FESTI. |
| 4 ELIIDONATI. | 10 M. TERENTII VARRONIS. |
| 5 ARRVNTII CELSI. | 11 Q. TERENTII SCAVRI. |
| 6 FL. SOPITARIICHARISII. | 12 AGELLII. |

Nota quibus significatur.

- † Deesse aliquid aut corruptum esse.
 * Bis dictum, vel esse authoris alterius,
 [] Glossæ.

Cornelij Frontonis.



VLTI O vindicat factū: *Vindicta* vel *vindicatio* futura prohibet. Ideo Mars ultor, non vindex dicitur.

Præda victos spoliatur: *Rapina* subito venit. Itaque illa victoria gaudet, hæc petulantia.

Cur, simpliciter percontatur: *Quare*, causam rationemque desiderat.

Qui deliquit, non fecit, quod facere debuit: *Qui peccauit*, hoc fecit, sed parum recte.

Remedium, ne periclitemur, datur: *Medicamentum* ad subita pericula aptatur. Atque ita *remedium* submouet imminencia, *medicamentum* sanat non sana.

Flumen idem fluit & manet: *Fluuus* temporibus siccatur.

Corinthium ciuē dicimus, *Corinthiacum* vas, *Corinthiensem* fontem.

Picenum vas dicimus: *Picentem* verò hominem. Hilenius.]

Roseum per se: *Rosaceum* mixtum.

Fusco album opponitur: *Nigro* candidum. *Qui pugnat*, resistit: *qui oppugnat*, obfessor est: *qui impugnat*, per omnia inimicus est. Itaque *pugnat* exercitus: *oppugnantur* vel castra vel *ut bes: impugnantur* inimici.

Album natura: *Candidum* cura fit.

Decus honoris: *Decor* formæ: *Decorum* a-

tionis.

Pompeij porticus, si possidet: *Pompeia*, si publicauit: *Pompeiana* si in alterius dominationem venit.

Satiatus ventris: *Saturatus* animi. *Obiurgat* eum, cuius habet potestatem: *Monet* propter beneuolentiam: *Admonet*, ut confirmet memoriã: *Submonet*, ut possit ordinate pronunciare. Igitur in *obiurgante* potestas, in *monente* beneuolentia, in *admonente* memoria, in *submonente* officium.

Antiquus est, quod excessit patrū memoriã: *Vetus* annorum multorum sentit utilitatem. *Vinum* hõc melius est, quò fit vetustius.

Satrix, quæ sarciit: *Sarcinatrix*, quæ sarcinas seruat.

Videmus natura, *Spectamus* voluntate, *Inuenimus* cura, *Aspicimus* ex improviso, *Animaduertimus* animo, *Cernimus* oculis.

Ostentum, quod præter consuetudinem offertur, ut puta si videatur terra ardere, vel cœlum, vel mare: *Portentum*, quod porro & diutius manet, futurumque postmodum aliquid significat: *Monstrum* est contra naturã, ut est *Minotaurus*: *Prodigium*, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. Itaque qui *prodigia* faciunt, *prodigi* vocantur. In *ostento* raritas administrationem facit. In *monstro* rectus ordo nature vertitur. In *portento* differtur euentus. In *prodigio* detrimentum significatur.

Turbam angustus locus facit: *Frequentiam* multitudo.

Qui *putant*, omni genere errant: qui *suspiciantur*, aliquo modo *preuident*.

Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse.

Germanus ex iisdē parētib; sit necesse est.

Sermo omnium gentium est: *Loquela* cuiusque gentis dialectus propria.

Comes iteri facit: *Assella* sequitur potentiorē: *Sodalis* adolescentiæ nomen est: *Cliens* implorat opem & fidem. Ita *comes* tutus, *assella* officiosus, *sodalis* amicus, *cliens* submissus.

Causa docet factum: *Ratio* soluit obscura.

Nomen proprium indicat: *Vocabulum* diffundit significationem.

Horret corpus: *Trepidat* motus animi.

Querimus disciplinam: *Inquirimus*, de quo dubitamus. *Desideramus*, vel quod diligimus, vel, quod amissimus.

Temerarius, qui sine respectu salutis obijcit se periculis: *Audax* sine ratione imperū facit. Ergo *audax* nō prouidet, *temerarius* nō timet.

Longum prouerbum est, itaque verbum illi opponitur: *Longinquum* itineris est.

Felix ita natus est: *Fortunatus* cum opibus nomen accipit. Ita *felix* naturæ bono fruatur: *Fortunatus* commodo temporis.

Aestus est pars anni *Aestus* calor temporis. *Aestus* à nimio calore nomen accipit: *Aestas* nomen nō amittit, etiam si temperata est.

Citius prouerbum qualitatē prælatiug, simile cognomini. Pro maturius est etiā significantiam habens. Vt, iam fessi ante tēpus citius, vt loquantur: non ostensio qualitatis nec certi temporis: At *celeritas* sui temporis est perfecta.

Simul locū demōstrat: *Vnā* cōgregationē.

Cominus & *Eminus* de iaculis, quod illud à manibus nō recedit, hoc è manib; emittitur.

Parsi semel: *Peperci* sapius.

Dicimus, quod volumus: *Loquimur* inuicē: *Narramus*, quod ignoratur.

Vultus propriē hominis: *Os* omnium: *Facies* plurium.

Memoriosus habet ad dicta factaq; referenda memoriam: *Memor*, beneficij memoriam vel iniuriæ refert. Ita *memorose* qui facit, ostēdit in omni re naturæ bonū: *Memoriter* gratū vel fortē ex eo ostēdit, quod vel retribuit beneficium gratē, aut iniuriā vindicat fortiter.

Ordinatio simplex est: *Dispositio* vaga.

Consideratius prouerbum ex cognomine:

Considerantius ex participio.

Dedicatur deo: *Consecratur*, quasi sanctū cōstituitur. hoc est, *Dedicatur* deo, quod illi debetur: *Consecratur*, quod prophanum sit.

Quatenus, qua sine: *Quatinus*, quoniam.

Voluntas factō gaudet: *Voluptas* fieri cupit. *Nouisimum* ordinis: *Vltimum* orbis.

Furtim cū incipit: *Furaciter* quasi artificiose, à consuetudine inuolādi: *Furtiuē* quod iam ablatum. Ergo *Furtim* & *furaciter* furax, *furtiuē* locus facit.

Imum summo respondet: *Infimum*, vt infra humum.

Commodat mutuam pecuniam: *Accommodat*, aptat.

Fulget natura, vt ignis, sol: *Splendet* artificio: vt aurum, argentum.

Meret precium: *Meretur* gratiam. Itaque illud vectigale, hoc honorarium est.

Pedale mensura est pedis: *Pedule* verō sub pedibus præstat utilitatem.

Araneum, quod textum est: *Aranea*, quæ rexit.

Opinio hominē suspectum facit: *Fama* vel commendat, vel destruit: *Opinio* ostendit: *Fama* indicat: *Rumor* tumultuatur.

Querimoniā certæ rei est: *Querela* superuacua est. Itaque prior grauitatis est, posterior leuitatis.

Transfuga suos relinquit, & ad alios venit: *Perfuga* supplex est. Ergo *transfuga* vt adiuetur, sit *perfuga*.

Hunc & *Istum* in proximo notant: *Illum*, ostendit quidem longē stantem, sed in conspectu: *Eum*, absentem refert.

Glorius, vnus est gloriæ: *Gloriator*, non habet causam gloriandi, sed tamen gloriatur, *Gloriosus* pluribus de causis cogitur.

Adrogat, aliquid sibi, etiam si non meruit. *Abrogat*, qui alij aufert, vel qui legem tollit.

Continuē, assiduē: *Continuātē*, sine intermissione.

Externus est extræ gentis: *Alienus*, non loco, sed re differt: *Extraneus*, qui extra eandē inuam est: *Extrarius*, qui extra eandem aream.

Lucidum est, quod aperto cælo lumen accipit: *Luminosum*, quod multis foraminibus illuminatur.

Expertus est extræ gentis: *Alienus*, non loco, sed re differt: *Extraneus*, qui extra eandē inuam est: *Extrarius*, qui extra eandem aream.

Delubrum, in quo homines pericula sua diluunt: ponunt enim vel pileum, vel scutum, vel alia suscepta votis: *Sacellum*, paruulum ædificium diis consecratum: *Templum*, in loco augurato: *Lucus*, locus fulmine ictus, & arborū spissitate reclusus: *Fanum*, Fauno cōsecratū: vnde *Fauni* appellabantur prius, & illi, qui vagabātur Fanatici. *Bidental*, locus fulmine tactus, & expiatus oue: *bidētes* enim oues appellantur.

Interficere & *perimere* piisca sunt: *Occidere*, ob eandē dictū est: *Iugulare*, ob iugulū: *Necare*, à necē: *Interficere*, à factō: *Perimere* ab emitione, quasi iure tollere.

Virtus hominis summū bonū est, quæ & in oratione & in cursu potest videri: *Fortitudo* vis corporis, ad sustinendos labores: *Vigor*, a-

nimi habet elationem: *Velocitas*, corporalis celeritas, quasi velox & cita: *Vehementia* à vi, id est, impetu mentis.

Facultas locupletis: *Facilitas* artificis est. Itaque diues *facultate* habet multam vel emedi, vel redimendi: *Artifex* opera perficendi *facilitate*.

Silet, cuius loquentis sermo comprimitur, ab ipsa significatione literæ S. *Tacet*, qui ne loqui quidem cœpit.

Ignoscit, qui dissimulat se nosse, quod commisit, & ita silentio peccata impunita dimittit: *Concedit*, qui omnia peccata condonat.

Habere potest etiam fur & nequam: *Possidet* nemo, nisi qui rei aut relictæ, aut donatæ, aut emtæ dominus est. Ita in *habente* onus possidente ius est.

Munus, quod amicus, vel cliens, vel libertus officij causa mittunt, vel munus gladiatorij: *Donum*, quod diis datur: Inde, ubi *dona* ponuntur, *donarij* appellatur. Possunt & illa nihilominus *dona* dici, quæ donat pauperibus diuites vel potentes: illud quoque *donum* putandum est, quod militibus donatur in castris, ut corona vallaris.

Noxa poena est: *Noxia* culpa.

Sciens, qui scit: *Scitus*, qui scitur, vel festiuus.

Animanti a animus facit: *Animalia* animam habent.

Visum semel: *Visitatum* sapius esse scito.

Abspulsus est ab aliquo pulsus: *Repulsus* retrorsus.

Metus, motus est animi: *Timor*, quasi timor: *Formido* fert interdum rationem: *Pavor* puerilis est.

Reperimus nostra, *Inuenimus* aliena.

Videte imperatiuum: *Videtote*, mandatiuum.

Proprium, cuiusque suum: *Prinatum*, non publicum. (minum.)

Onus vehiculorum & maius est: *Sarcina* hominum: *Sumimus*, quæ posita sunt: *Accipimus*, quæ porriguntur.

Locuples à copia locorum: *Diues*, quia diuidendi facultatem habet: *Opulentus* ab opibus: *Potens*, qui, quod vult, potest: *Fortunatus*, cui fortè aliquid cõtingit: *Beatus*, qui apud Græcos *μακάριος* est: *Pecuniosus*, qui habet pecuniam vel pecora.

Grande incrementum: *Magnum* amplitudine: *Immane*, præcipuæ amplitudinis.

Poeticè est rei, ut historicè: *Poesis*, operum cõtextus: *Poema*, ceteris pedibus & legitimis numeris in clula materia: *Poeticum* in poeta vtile est.

Homonymia, una voce multa significat: *Synonymia* multis vocibus idem testatur.

Clypeum armorum: *Clypeum* imaginis.

Paruum in tempore: *Breue* in spacio: *Exiguum* in corpore infans: *Puillus* in corpore pumilionis. *Inuolat*, qui in die venit: *Surripit*, clam, id est, furtiuè.

Species diuisio est generis: *Specialitas* ficta est ab Antonio [Guiphone] Grammatico: 60

Species qualitatatis.

Proverbiu est euphonoru: *Adverbiu* viciosum & fictu, tamen in vsum nunc est receptum.

Cõpendium vtiq; ad pondus pertinet: *Dissidium* detexitur in ponderibus: *Danum* dat omnibus: *Detrimentum*, vsu tritu: *Actura*, quod iacitur ex onere nauis.

Aeger animo: *Aegrotus* corpore.

Alitudo incrementu est corporis: *Alimentum* incrementum infantis: *Alimonia* detiuatiuum ab alendo, quasi particula animi.

Aequalis alterius staturæ par: *Aequabile*, quod æquari potest.

Inscius aliquid nescit: *Nescius* nil nouit; alter in parte errat, alter in toto.

Glacies est, quæ ex coitu aquæ constagnat: *Nix* ventorum ritu cadit.

Contrarium negotium: *Aduersarius* homo.

Gallus natione: *Galicus* ex Gallia.

Acuere & *Exacuere*, præpositione distinguuntur.

Incertum, nec tempus, nec numerum recipit: *Dubium* à duobus incipit.

Ambulare incipiunt infantes: *Inambulant* homines.

Modulari est, carminis modos facere: *Modulari* est, modum imponere.

Barbara locutio propriè peregrina est: *Barbarissimus* fit etiã in sermonis Latini locutione.

Cadit etiam in plano: *Decidit* ex alto.

Subsidium, quod subest deficientibus: *Presidium* imponitur: *Auxilium* repentinum est. Ita *Subsidium* ad secundos casus præparatur: *Presidium* ad custodiam collocatur: *Auxilium*, ut proficit, ex sperato venit.

Distrahere à trahendo: *Deducere* à ducendo: *Diuellere* à vellendo.

Corruptela ipsa res est: *Corruptio*, corruptentis administratio.

Cæruleus naturæ color est, *Cæruleus* naturam fingit. Ita alterum est, alterum fit.

Qui *properat*, apparet non esse festus, Qui *festinat*, videtur esse defatigatus.

Polimus radia, *Nonamus* vetera.

Nobilem nobilitate rerum, *Generosus*, qui Græcè *γενναῖος* appellatur. Ita alter ex re, alter ex generatione est.

Natio solū patriū querit: *Gēs* seriè maiorū.

Preparare prius: *Comparare*, vndiq; parare.

Gutta manat: *Stilla* cadit.

Conuenit in vnum: *Coit* in multos.

Causa est, de qua agitur: *Patrocinium*, quod accommodatur: *Oratio*, quæ loquitur.

Superbia est, à superhabendo: *Arrogantia* etiam in pauperem cadit.

Scrutatur in te ille, qui intercepit aliqua secreta: *Querere* duo significat, vel quod abest, vel quod ad patrimonium pertinet.

Innuat vel capite, vel supercilio: *Annuat* ad id, quod dictum vel factum est.

Gnatio

Gnatus filius: Natus pullus.
Qui insinuat, vel arguit, vel fingit: Qui simulat, probare vult, quod non est.
Bellum etiam sine praelio est, cum indicitur: Praelium ipsa pugna.
Diligentia à deligendo singula, huic negligentia opponitur, nec recipit errorem: Cura animi est, quæ anxium facit hominem, & tam honestæ quàm inhonestæ rei est.
Regium, quod regis: Regale, quod rege dignum est.
Erraticus & potest errare, & solet: Erraticus animus est, qui solet errare, & desinit: Erratio enim animi est repentina commotio.
Error est rei vitium, vt amor, dolor: Erratio incertæ viæ.
Erratrix, per se rapta est, vt venatrix: Erratica, vt hedera, vitis.
Notat vel locum quis, vel personam, vel noxiam: Amotat, qui notæ quid adiicit.
Salubre ad locum refertur, & ad cibum: Salutare consilium est. Ita Salubre non nocet: Salutare prodest consilio.
Committimus consilia, Credimus pecuniam. Sub, nonnunquam pro clam ponitur. Vt, Subripuit, clam rapuit: aut ferè notat aliquid subditum: In, aut intus significat, aut minus, aut valde, & in compositione pro non ponitur, vt, indoctus.
Claritas tam luminis, quàm perspicuitatis: Claritudo generis. Prior itaque splendoris, posterior nobilitatis est.
Vicinia vicorum coniunctio: Vicinitas hominum conuersatio est.
Communitas est communicandi voluntas: Communio, vndique munitio.
Fulcio, dum fit: Futura, cum facta est.
Ieiunium, dies est: Ieiunitas, cibi abstinentia.
Elinguis, habet linguam, sed vsu eius caret: Elinguatus amisit.
Suspicius arguit: Suspiciosus recipit.
Restarius, qui facit: Restio, qui vendit.
Austerus Græca consuetudine: Seuerus, à Sæuo.
Eloquentia perfecta vis orationis: Eloquium, pars supposita commodè eloquendi.
Seruitus est sub domino: Serui patientia Seruitium facit.
Vituperatio vitium parit: Culpatio à culpa incipit.
Nominatio nominat, quem appellat. Appellatio appellantis vox est, in ministerio, & Appellat ad potentiorē propter injuriam, vt cum inuocat auxilium magistratus, vel cum pecuniam reposcit.
Tres in accusatio casu: Tres in nominatio & vocatio.
Necessitudo vel sanguinis, vel meritorū, cū præceptoribus, cum amicis. Necessitas immutabilis rescit, vt mori necessitatis est.

Seruum ad negotium pertinet: Serò ad tempus.

Decus est instrumentum cuiusque: Gloria, quasi honoris merces.

Honor dignitatis consummatio, vel priuatum, vel publicè: Laus secunda existimatio rectè factorum.

Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint: Familiarium, quod seruo competit, vt sagum, gladius.

Infector colorem mutat: Offector officio obest.

Certum recipit præpositionem, & fit incertum, certumque vel pondus vel rei precium: Verum opponitur falso.

Figura artis est opus: Forma naturæ bonū, vnde etiam formosus dicitur.

Ignominia imponitur ab eo, qui potest animaduersione notare: Infamia ex multorum sermone nascitur.

Nullus est tam in re, quàm in persona: Nemo in persona dicitur, vt, nemo homo.

Iratus ex offensa est: Iracundus natura.

Periculum contra quamuis rem timetur: Pernicies, contra necem.

Omnes nullum excipit, vt omnes homines, ita & res: Cuncti in personarum numero nominantur, prisco dicti verbo: Vniuersi, in vnâ sententiam conuersi, dicendi quid, siue faciendi.

Feroces animo: Feri leones ceteriq; similes.

Auferit, qui dedit: Adimit imperio coactus: Eripit, qui plus valet. Itaque auferre possumus, adimere iubemur, eripere valeamus.

Studium animi est: Disciplina artis.

Inchoat, qui incertum facit. Incipit, cuius exitum sperat.

Bonus opponitur malo, qui alij vsu: Commundus alij necessariò vtique prodest.

Decens in gestu est, & motu corporis: Formosus ab excellenti specie dicitur.

Decor communis est omnium, & is facit decetiam speciei: Species propria est cuiusq; Itaque Decor in habitu est: Species in mēbris.

Lis nascitur: Pertinacia efficit controuersiam.

Et litigant homines: res in controuersiam deducitur. Ita controuersia partis est, Lis summe.

Rixa sine armis est, habet defensionem: Pugna legem habet vel naturalem, vel moralem: Palestrians enim vel exhibet virtutem, vel armis per summa vitæ pericula dimicat.

Oculi latent: Clam celant. Alteri non prodere, alteri celare habitui naturali inest.

Nauius à præcipuo nauius cursu dicitur, vel alterius causa natus, qui studet per officium suum, & recipit comparisonem superlatiōnemque quia cognomen est. Ita nauius operā nauat alteri: Celer, vt suam rem, ita alterius quoque celeriter perficit.

Agilem actio facit. Srennum motus: Fortem

Agilem actio facit. Srennum motus: Fortem

animus. *Robustum* corpus.

Contumeliam inferunt. *Iniuriam* patiuntur homines.

Spectacula loca sunt, vnde spectamus, *Spectamenta*, quæ spectantur.

Pascencia sunt, quæ ex se pascuntur, vt prætæ, & pascencia mancipia: quia pascuntur, idco etiam pastores vocantur: *Pabulantia* verò, quæ iis vtuntur, vt iumenta.

Voluentia, quæ voluunt: *Volubilia*, quæ voluntur.

Animus qualitas viuentis: *Anima*, causa vita.

Materies animi est: *Materia* arboris. Et *materies* qualitas ingenij, *Materia* fabris apta.

Hebescit, quod natura obstupescit: *Hebetescit*, quod amittit aciem.

Cedo sibi poscit, & est immobile: *Dat*, qui non finire facit datum.

Fidelis fit: *Fidus* nascitur.

Latus facti instrumentum est: *Laudatio* verò est rerum gestarum relatio.

Ferè futurum significat: *Aliquādo* & *Nonnunquam* quod intermittere non patitur.

Aptum loco venit & tempore, quod habet suam materiam: *Vtile* vsus fecit, vt prudentis literæ: *Idoneum*, vt amicum per consilia dicimus, & vt seruum in vsu hominis.

Saxum naturale: *Lapis*, qui è saxo celsus est.

Certatio est administrantium: *Certamen* operis.

Viclima maior est: *Hestia* minor.

Nonij Marcelli.

Cupido est Amor idem significare videntur, sed est diuersitas. *Cupido* enim incōsiderata est necessitatis: *Amor* iudicij. Plaut. *Curculione* disereuit, & vim eiusdem diuersitatis expressit, dicens,

Quod Venus Cupidòque imperat, suadetque amor.

Cupidinem cum genere formineo dicimus, cupiditatem significamus. Virg. lib. 6.

Quæ locis miseris tam dira cupido?

Cum masculino, deū ipsum. Plaut. *Mercat.*

Cupido quantus es?

Amare vim habet maiorem: *diligere* autē est leuius amare. Cic. ad Brutum. *Sic igitur facies, et me aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges.*

Pèrile leuior res est, & habet inuentionis spem, & non omnium rerum finem. Plaut. *Capt.*

Qui per virtutem pesitat, non pol interit.

Alere est victu temporali vitam sustentare: *Educare* autem ad satietatem perpetuam educere. Accius *Andromeda*,

Alui, educaui, id facite gratum vt sit seni. 60

Tollere est leuare & erigere: *Auferre* legatū transferre. Virg. lib. 8.

Tollite cuncta, inquit, coepitòsque auferte labores.

Horrendum est tetrum & euitabile. Virg. lib. 3. *Æneid.*

Concilium horrendum.

Horridū plerunque extans, & prominens. Virg. lib. 4. *Æneid.*

Et glacie riget horrida barba.

Meretrix honestioris loci est, & quæstus. Nam *meretrices* à merendo dictæ sunt, quòd copiam sui tantummodo noctu facerent: *Prostituta*, quòd ante stabulum stet, quæstus diurni & nocturni causa. Plaut. in *Cistell.* manifestissimè disereuit.

Intro ad bonam meretricem, astat ea in via sola,

Prostituta sanè est.

Genitrix semper, quæ genuerit, nūcupatur: *Mater* verò aliquando pro autrice ponitur. Virg. lib. 8.

Geminos huic vbera circum

Ludere pendentes pueros, & labere matrē. Plaut. in *Menæch.*

Ita forma similes pueri, vt mater sua

Non internoſse posset, quæ mammara dabat,

Neq; adeo mater ipsa, quæ illos pepererat.

Pudet verecundiæ est: *Piget* pœnitentiæ. Plaut. in *Pseud.*

Nimirum id quod pudet,

Facilium fertur, quàm illud quod piget.

Oſculum ab ore, *Suauium* à suauitate dicitur. Varro de vita pop. Romani, *Ideòque hoc ab ore dicitur oſculum, non à suauitate, vnde et suauium, quod simile sit suauitati.*

Sacrificare est, veniã petere: *Litare* est propitiare, & votum impetrare. Virg. lib. 4. *Æn.*

Tu modò posse deos veniam, sacrisque litati, sid est, impetratis.

Expleri est tantummodo plenum esse: *Satiari* suprâ modum, & abundantiam. M. Tul. de republ. lib. 6. *Granes enim domina cogitationum libidines, infinita quadam cogunt atque impetrant: quæ, quia expleri nec satiari nullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos qui illecebris suis incenduntur.*

Arcus omnis suspensus fornix appellatur: *Arquis* non nisi qui in cœlo apparet, quærit

Irin poetæ dixerunt. Vnde & *Arquati* dicuntur, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Lucret. lib. 6.

Tum color in nigris extabat nubib⁹ arqui.

Fors est casus temporalis: *Fortuna* dea. Terent. in *Phor.*

O fortuna, ô fors fortuna: quantis commo ditatibus,

Quam subito hero meo Antiphoni ope vestra onerastis hunc diem? 60

Ferus est saeuus: Ferox est fortis. Virg. 2. *Æn.*

Ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. Idem lib. 4.

Et frena ferox spumantia mandit.

Antiquus significat vetus. Virg. lib. 2. *Geor.*
Antiquasque domos auium.

Antiquior, melior. M. Tull. de repub. li. 1. *Sed*
quoniam plurima beneficia continet patria, & est
antiquior parens, quam si quis (ut aiunt) curauerit,
maior ei profecto, quam parenti debetur gratia. 10

Faustum quasi à fauendo dictum, ac per
hoc prosperum & propitium. Vnde contra
Infustum, minax & inprosperum, Terent.

O faustum & felicem hunc diem.

Cuius ad personam refertur hominis: *Cuiatis*
tū, vnde significat. Accius Telepho,
Qui neque cuiatis esset vnquā potuimus
Multa rogitantes scire.

Animus est, quo sapimus: *Anima*, qua vi-
uimus. Accius Epigono,

Sapimus animo, fruimur anima: sine a-
nimo anima est debilis.

Vultus est voluntas, quæ pro motu animi
in facie ostenditur: *Facies*, ipsa oris species. Sal.
in *Catil.* *Prosus in facie vultūque verecundia*
inerat.

Sebum fit ex adipe ruminantium.

Mussare hominum fit occultè & pressa vo-
ce loquentium, quod celatum velint. Virgil.
libr. 10.

Se scire fatentur

Quid fortuna ferat populi, sed dicere mus-
lant.

Murmurare maioris soni est, proximi ad tu-
multum. Verg. *Geor.* lib. 1.

Et resonantis longè

Littora misceri, & nemorum increbresce-
re murmur.

Priores comparatiui sunt gradus: *Primores*
summæ quæque res. Cicero *Orat.* *Quæ iste rhe-* 40
toretis ne primoribus quidem labris attigissent.

Poesis est textus scriptorum: *Poema* inuen-
tio parua, quæ paucis verbis expeditur. *Poesis*
opus totū, totaque illa summa est vna *diçis*,
vt *Annales Ennij*: *Poema est λήξις ἢ ὑπόμνησις*, id
est, verba plura modicè in quandam cōiecta
formam: Itaque etiam distichon epigramma
tion vocant poema:

Poesis est perpetuum argumētum, *ἔρπυλλον*,
vt *Ilias Homeri*, & *Annales Ennij*. *Poeticè* est 50
ars earum rerum.

Doctum & *Peritum* cū simile videatur, à
M. Tull. dicitur: est, vt sit *Peritum* plus, quàm
quod *Doctum*, de *Off.* lib. 3. Itaque cum sint *docti*
à *peritis* desistunt facillè *sententiā*.

Vrbs est ædificia: *Ciuitas* incolæ.

Cogitare est dubitare: *Deliberare*, confirma-
re. Turpilii Philopatro,

Certum ac deliberatum est, me illis obse-
qui.

Scius secum, *Conscius* cum alio scius est: li-
cet consciuum indifferenter legerimus.

Auspiciū, auium inspectio, & quæ ex vo-
latu earum significetur & vocibus: *Auguriū*
autem rerum omnium coniecturas pruden-
ter & diligenter amplectitur.

Monstra & *Ostenta* similiter intelligun-
tur, quod imminetia monstrent & ostendat:
Omen verò votum est mentis & vocis: Vnde
sacrificantibus dicitur, *bona omnia habere*, id
est, vt circumstantes & mente recta velint, &
bona oribus proferant: *Portentum* non solum
quod portendat, sed etiam quod iam appor-
ter, & faciat ex his significationibus, quæ in
auspiciis & auguriis, & extispitiis ostendun-
tur: *Prodigium* autem semper pessimum est,
dictum quasi porro adigendum. Virgil. *Æn.*
libro 3.

Sola nouū, dictūq; nefas Harpyia Celano
Prodigium canit, & tristes denunciat iras.

Iniuria à *Cōtumelia* hoc distat: *Iniuria* enim
lenior res est. Pacuius Peribæa,

Patior facillè iniuriam, si est vacua à con-
tumelia.

Fulmen telum ipsum, quod iacitur. Vt Vir-
gil. *Geor.* lib. 1.

Ipse pater medio nimborum, in nocte co-
rusca.

Fulmina molitur dextra.

Fulgur, ignis, qui coruscat: Vnde & *fulge-* 30
ra dicuntur, & *Fulgor*. *Fulguritus* dicitur ful-
gure tactum, vel exustum.

Iurgium leuior res est: siquidem inter bene-
uolos aut propinquos dissensio vel concerta-
tio *iurgium* dicitur: Inter inimicos dissensio,
Lis appellatur. M. Tull. de repub. lib. 4. *Admi-*
ror nec verum solum, sed verborum etiam elegan-
tiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio nō
lis, inimicorum iurgium dicitur.

Merx est species ipsa: *Mercatura* actus ipse
vel lucrum de merce: *Mercatus* autem locus,
in quo agitur mercatura.

Superstitionis & *Religionis* distantiam ma-
nifestissimè discernit M. Tull. de natura deo-
rum libro 2. *Non enim philosophi solum, verum*
etiam maiores nostri superstitionem à religione se-
pararunt. Nam qui tota die precabantur & im-
molabant, vt sibi sui liberi superstites essent, su-
perstitiosi sunt appellati, quod nomen patuit po-
stea latius. Qui autem omnia, quæ ad cultum deo-
rum pertinerent diligenter retractarent, & tan-
quam relegerent, dicti sunt religiosi, à religendo.
Sed verè *superstitiosi* proprietatem ex hoc ha-
bent, quod præ cultura deorum superseant
cætera, id est, negligant. Itidem & *religiosi*,
quasi *religiosi*, omnium cæterorum sacrifi-
ciiis seruiant.

Peius à malo, quod in vsu est, & creberri-
mè frequentatur: *Deterius* verò à bono, vt
60 minoris sit moriti, quàm id quod placet. Vir-

gil. Georg. libr. 4.

Deterior qui visus eum ne prodigus obstitit.

Dede neci. Idem lib. 8. Æneid.

Deterior donec paulatim ac decolor ætas.

Hæc enim melioribus comparata sunt.

Circus est planities rotunda, vt circuitus:

Globus soliditas vndique versum rotunda, vt

est sphaera, & staminum glomer. M. Tull. de

Natura deorum libro 2. Cùmque due formæ

præstantissima sint: ex solidis, globus (sic enim

sphaeram interpretari placet) ex planis autem, aut

est circus, aut orbis.

Manubias à Præda hoc distare veteres existi-

stimant, vt sit Præda, corpora ipsarum rerum,

quæ capiuntur: Manubias verò pecuniæ

ex præda vendita redactæ, & sic apud pluri-

mos.

Pernicacia est interdum bonarum rerum

persecerantia: Pertinacia semper malarum.

Acc. Myrmidonibus,

Tu pertinaciam esse Archilochæ hanc præ-

dicas,

Ego pernicaciam aio, & me vt volo.

Nam pernicacem dicis me esse, & vincere.

Perfacile patior, pertinacem nil moror,

Hæc fortes sequitur, illâ indocti possidēt.

Tu addis quod vitio est, demis, quod lau-

di datur.

Sensus sunt, qui sentiunt: Sensa, quæ sentiuntur.

Cic. de Orat. Et quod exprimere dicendo sensa

possimus, nam primum manifestum est, & sapere

nos cùm incitatio sit vel sensus.

Iuuentus, iuuenes: Iuuenta, ætas ipsa: Iuue-

nilitas, quod ἰουενία vel ἰουενία vocant Græci.

[Iuuentas dea, Æn. Cic. in Bruto, Ludus Iuuentas.

Et Litiuus lib. 5. Iuuentas Terminis que ma-

ximo gaudio patrum nostrorum moneri se non sunt

passi.]

Morosa est contrariis peruersisque mori-

bis. Afranius Vopisco,

Dum morigeram me, dum morosam præ-

beo.

Vegetum est incolume: Vigens, forte. Nam

Vegetum corporis: Vigens etiam animi possu-

mus dicere.

Profesto dies sunt, à festiuitate vacui. Aftan.

Prinigno,

Quæ festiuo nos facere solemus die,

Quotidiano opere, promissos omnia.

Et quæ profesto concelebras die focum.

Quærere & requirere hoc differunt, quoniã

Requirere est diu quærere. Afra. Fratris,

Proin tu, dum quæram, ne requiram te

vide.

Specula despicientiam significat. Virgilius,

libro 10.

Leo, specula cùm vidit ab alta.

Stare procul campis meditantem prælia

taurum.

Speculum, quo imago redditur. Marc. Tull. 60

in Clodium & Curionem, Sed credo postquam tibi speculum allatum est, longe te à pulchris abesse sensisti.

Profiteri voluntatis est: Confiteri necessitatis & coactus, quod ira positum sapius legimus. Cic. pro Manilio, Hic ego non solum confiteor, verumetiam profiteor. Honestius profiteri, quàm confiteri.

Vlcus tecta & clausa est malignitas. Virg. Georg. lib. 3.

Quam si quis ferro potuit rescindere summum

Vlcis os, alitur vitium, viuítque tegedo.

Vulnus hians & patens. Idem lib. 9.

Produxi, pressiué oculos, aut vulnera laui

veste tegens.

Quartum & Quarto prudentes differre di-

xerunt. Varro Disciplinarum 5. Aliud est

quarto prætorum fieri, aliud quartum. Et Quar-

tum locum significat, & tres ante factos:

Quarto tempus signat, & ter ante factum.

Turpe & Fædum quam habeant distan-

tiam, manifestum est, nam Turpe leuior res

est. Marc. Tullius de Offic. Luxuria verò cùm

omni ætati turpis, tunc senectuti sæ dissimilis est.

Forma & Figura quæ sit differentia. Marc.

Tullius manifestator est. Nam formam inte-

gritatem speciei esse voluit: Figurã, formam

nostram. Marcus Tullius de officiis libro

primo, Principio corporis nostri magnam naturã

ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostrã

reliquãque figuram, in qua esset species honesta,

eam posuit in promptu.

Dignitatem & Venustatem discernere vo-

luit Marcus Tullius vt Dignitas viris: Venus-

tas foeminis sit attribuenda, de Offic. libro 1.

Venustatem muliebrem dicere debemus, dignita-

tem virilem.

Monstra & Ostenta sunt monita deorum.

Virg. lib. 3.

primùmque parenti

Monstra deum refero.

Prodigia, deorum minã vel irã.

Idem lib. 3.

Sola nouũ, dictũque; nefas Harpyia Celeno

Prodigium canit.

Portenta, Ostenta, quæ aliquid imminere si-

gnificant. Lucil. lib. 25. Nisi portenta anguẽsque

volucres ac pinnatos, scribitis.

Celare est tegere & abscondere. Ter. in And.

Bene dissimulatum amorem & celatum

indicans.

Celare, in sculpere. Virg. Æne. lib. 1.

celataque in auro

Fortia facta patrum.

Ignoscere & Concedere quemadmodum in-

ter se distent, aperit M. Tull. ad Cæsarem Iu-

niorem lib. 1. Quod mihi & Philippo vacatione

das, bis gaudeo: nam & prateritis ignoscis, & con-

cedis futura.

Contemnere & Despicere eo distant, quod Despicere grauius, quam Contemnere. M. Tul. de senectute, *Contemni se putant, despici, illud.*

Cupiditas & Cupido diuersa sunt: nam Cupiditas leuior est. Lucil. lib. 23. *Cupiditas ex homine, Cupido ex stulto nunquam tollitur: quod cupiditas pars quadam sit temperator, defluens ex cupidine.*

Imitatio simplex est, & liuorem atque inuidiam non admittit. *Aemulatio* autem habet quidem imitandi studium, sed cum malitiæ operatione. M. Tul. in Casariensis, *Quasi quodam emulo atque imitatore Studiorum & laborum meorum & comite abstracto.*

Probatum & Spectatum, hoc vis maioris est. Lucil. lib. 26. *Tuam probatam mihi, & Spectatam maximè adolescentiam.*

Bellum & praelium hoc differunt, quod praelia partes sunt belli, hoc est, in bello congressiones. Lucil. lib. 26. *Ut populus Rom. victus vi, & superatus praelis saepe est multis, bello verò nunquam, in quo sunt omnia.*

Inter *Cauere & vitare*, Lucilius esse distantiam voluit lib. 26. & esse plus *Vitare*. *Quid tibi cauendum censet, quid vitandum maximè?*

Vetustiscere & Veterascere quid intersit, Nigidius (Figulus) commentator Grammaticus lib. 10. deplanauit. *Dicemus quæ vetustate deteriora sunt vetustiscere: imeterascere, quæ meliora.*

Nocens à Nefario, & Impio distat. ut *Nocens* leuius vitari possit. M. Tul. de offic. lib. 2. voluit, *Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium impiumque defendere.*

Innuere est facie significare. Ter. in Adolph. Non innueram, verum in istam partem potius peccare tamen.

Annuerè, concedere. Virg. lib. 10.

Annuit his Iano.

Flagrare est incendi & ardere, *Fragrare* verò olere & in plurimis inuenitur ista discretio.

Noxa est peccatum leue. Virg. lib. 1.

Vnius ob noxam & furias.

Noxia, nocentia. Idem. lib. 8.

iraque & crimina noxia oordi.

Plus à Multo vetustas voluit discrepare, & potest videri hanc habere posse distantiam, ut sit *Multum* à plurimo maius, ac non supra modum. *Plus*, sicut in plerisque, quod maioris modi est quam necessarium est, atque idco M. Tul. discreuit Epist. ad Catonem, *Nec iccirco mihi desiderandum esse dignitatem meam, quod eam multi impugnarunt: sed eò magis recolendam, quod plures desiderarunt.*

Inter *Speratam, & Dictam, & Pactam, & Sponsam* hoc interest, quod virgò priusquam petatur, *Sperata* dicitur. Plaut. in Amph.

Amphitruo uxorem salutat letus, speratâ

suam.

Dehinc *Promissa*, vel *Pacta*, vel *Sponsa* dici potest. Virg. Æneid. lib. 2.

cui paruus Iulus.

Cui pater, & coniunx quondam tuæ dicta relinquo?

Et idem in alio loco,

Et gremiis abducere pactas.

Mutuum sine v. suris: *Fœnus* cum v. suris sumitur, & est accepti fœtus. Vnde & *Fœnus* dictum est, ut Græcè *τοκος*, quasi partus mutui sumpti, Plaut. in Asin.

Si mutuo non potero, certum est sumam fœnore.

Vndè honestius *mutuum* est, quod sub amico affectu fiat meum tuum, v. su temporis necessarii.

Nutare capitis. *Annuerè* vel *Innuere* narium vel labiorum: *Nictare* oculorum significantiam esse decreuerunt veteres. Plaut. in Asin.

Nec vlla vlli homini nutet, nictet, annuat.

Simulare est fingere scire, quæ nescias: *Disimulare*, fingere nescire, quæ scias.

Castitas & Pudicitia paria deputantur, cū sit *Pudicitia* ab iniuria turpium libidinum libera: *Castitas* & ab his continens, & remotas: præterea & religiosa mundicia & puritas. Virg. lib. 7.

Præterea castis adolet dum altaria tedis. Atque ideo plus est *Castitas* à *Pudicitia*, quod par sit cum aliis cæteris *castitas*.

Alere & Pascere hoc distant auctoritate: ut sit *Alere* sufficiendi generis cutam habere, *Pascere* natos cibo saginare. *ἄετροδιδασκαλία*. Vbi prægrauas pascuntur pavonum greges.

Ora & Ora licet paria esse videantur, tamen, vt genere, ita intellectu distant. Nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies nostra significatur. Virg. lib. 12.

Ora citatorum dextra detorsit equorum.

Quoties fœmininum, cuiuslibet rei fines. Virg. Æn. lib. 1.

exire, locosque

Explorare nouos, quas vento accesserit oras.

Inter *Extinguere & Opprimere* interesse Cicero voluit de Amicitia, vt sit maius *Opprimere*, quam *Extinguere*. *Quonobrem* inquit, primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale quid euenerit, vt extincta potius amicitia, quam oppressa videantur. Quasi quod *Extinguitur*, possit renouari: quod *opprimitur*, non queat.

Morbum à Vicio prudentia veterum sic voluit separari, vt sit *Morbis* cum accessu vtiq; aut temporis, aut contagij: *Viciis* perpetua & infanabilis atque irremediabilis causa.

Memnisse, & In memoriam redigere hoc dif ferre Aristoteles putat, quod *διεπίηται* *μνησθησθαι*, & vult *Meminisse* omnium

esse animantium, ut cibi, potionis, somni, voluptatis. In memoriam venocare quod exciderit, non nisi homines posse.

Die quarta, & Die quarto hoc differre prudentes volunt, (quorum tamen auctoritas in obscuro est) ut sit *Die quarto* temporis præteriti: *Die quarta*, futuri.

Mentiri & Mendacium dicere, quemadmodum disteat, P. Nigidius studiis bonarum artium præclarissimus, manifestissimè separavit. Qui *mentitur*, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui *mendacium dicit*, ipse fallitur. Qui *mentitur*, fallit, quantum in se est. Vir bonus præstare debet, ut non *mentiat*, prudens, ne *mendacium dicat*: alterum iudicat in homine, alterum non.

Festinare & Properare veteres voluerunt habere distantiam. Cato oratione quam de suis virtutibus scripsit. Aliud est *properare*, aliud *festinare*. Qui vnum quid maturè transigit, is *properat*: qui multa incipit, neque perficit, is *festinat*. Verùm utrorumque verborum ratio sub hæc significantia proxima est veritati, ut sit sæpe animi *properare*, studiosè ad res aliquas contendens *festinare* corporis, necessitatibus obsequendi.

Matrone & Matrisfamiliâs dissimilitudinem, hoc modo veteres quidam docti separant, ut sit *Matrona*, quæ peperit semel: *Materfamiliâs*, quæ sæpius: sed hæc definitio videtur absurda. Ad hæc fidelius locupletiores, *Matronam*, quæ in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos dictam, meliorem tamen matris futuræ spe, M. Tullius nomine nuncupatam: *Matrem* verò *familiâs*, quæ in familia mancipiòque sit patrisfamiliæ, etsi in marito matrimonio esset.

Auarum semper in reprehensione est: *Auidum* autem ab auendo, quod est etiam honestè cupiendo, & ab electione intelligi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur causis. Virgil. lib. 2. Georg.

Pascuntur oves, auidæque iuuenæ.
Audètia fortitudinis sit: *Audacia* temeritatis. Sallust. *Audacia pro muro habetur*. Virg. lib. 6. audentior ito,

In casus omnes. Ibidem,
Aude hospes contemnere opes.

quod humanitatis sit potius, quàm temeritatis. *Prospicere & Respicere* distant, ut aduersum videre, *Prospicere* rectè dicitur: *Respicere*, quasi retrò aspicere. Varro Manio, *Sedens alius alieno sumptu, neque post respiciens, neque ante prospiciens*.

Furorem ab Insania distare. Cic. Tusc. lib. 7. ostendit. Itaque non est scriptum, si *insanus*, sed si *furiosus* esse incipit. *Insaniam* enim censuerunt *inconstantiam*, *Insanitam* sanitate vacantem: posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ commitem cultum atque usitatum. *Furorem* autem

esse rati sunt mentis ad omnia cecitatem: quod cum maius esse videatur, quàm *insania*: tamè eiusmodi est, ut furor in sapientè cadere possit: *insania* non possit.

Confidentia *Fidentia* discretionem pandit M. Tusc. lib. 3. *Qui fortis est, idem fidens*, quoniàm *confidens* mala consuetudine loquentium, in vitia ponitur: ductum verbum à *confidendo*, quod laudis est. *Qui autem est confidens*, is profectò non extimescit, discrepat enim à *timendo* *fidens*.

Invidia & inuidentia. Cic. Tusc. lib. 3. Non dei in *invidiam*, qua tum est, cum *inuidetur*. Ab *inuidendo* autem *inuidentia* rectè dici potest, ut *effugiamus* ambiguum nomen *inuidia*.

Aegrotatio & Aegritudo. Cic. Tusc. lib. 3. Sed proprie ut *Aegrotatio* in corpore, sic *Aegritudo* in animo nomen habet.

Iracundus & Iratus, *Ebrius & Ebriosus*, *Amator & Amans* & alia quid inter se distent, Cic. discreuit Tusc. lib. 4. Aliud *iracundum* esse, aliud *iratum*, ut differt *anxietas* ab *anguore*: neque enim omnes *anxy*, qui *anguntur*. Inter *ebrietatem* & *ebriositatem* interest, ut aliud est *amatorem* esse, aliud *amantem*.

Latari & Gaudere distant, ut Cic. Tusc. lib. 4. Atque ut *confidere* decet, *timere* non decet: sic quidem *gaudere* decet, *latari* non decet: quoniam docendi causa à *gaudio* *latitiam* distinguimus. Ut autem innuit idem Cic. *Gaudium* in sapiente, in rebus bonis semper est: *Latitia* etiam in malis & turpibus esse potest.

Pernicitatem & Velocitatem Cic. discreuit Tusc. lib. 5. *Præstant* valetudine, viribus, forma, acerrimis, integerrimisque sensibus, adde etiam, si lubet, *pernitate*. Virg. Georg. lib. 3. hoc sensit.

Dura iacet pernix instrato saxa cubili.
Ut illud sit celeritatis, hoc patientissimæ fortitudinis.

Metum, *Timorem*, *Formidinem*, *Pauorem* Cicero discreuit Tusc. lib. 5. In quem autem *metus*, in eum *formido*, *timiditas*, *pavor*, *ignavia* incidit. *Innocens* est non nocens, & *Innocuum* illatum. Virg. lib. 2.

Et sedere carinæ Omnes innocuæ.

Legere & Eligere, non sub eadem significatione intelligi vult Varro de re rustica, *Vua* non solum legitur ad bibendum, sed etiam *eligitur* ad edendum. Ut sit *legitur*, colligitur, ut plerumque, *eligitur* verò melior quæque de plurimis.

Miserari est flere & lamentari, *Misereri*, miserationem alienis casibus exhibere, & significatione actiua ad primum effectum, passiva ad secundum.

Aerosum & Aceratum utrunque nouè positum, sed distantiam proprietate signatum. *Aerosum* namque panem farre minus purgato, ac sordibus à candido separato dicendum veteres putauerunt. Lucil. lib. 25.

Quæ galli bibere ac rugis cōducere vêtis.
Farre aeroso olei decumano pane coggit.
Hunc Græci *ἀέρος* vocant. *Aceratum* verò est lu-

est lutum paleis mistum, vt laterarius vsus est. Lucil. lib. 10.

Nam laterem qui ducit, habet nil amplius vniquam,
Quàm commune lutum è paleis, cœnũ-
que acerosum.

Multum infinitum est, Satis finitum: Auaris illud, hoc parcis & se continentibus applicandum est. Lucil. lib. 18.

Deniq; vt stulto nil fit satis, omnia cū sint. 10

Omne atque totũ volunt quidam esse seiunctum, vt *Omni* plus esse *Totũ* putent: cū indiseretè inter auctores frequenter positum legerimus, vt vtrunque cum significantia vniuersitatis. Quid quòd *Totũ*, quod plus putatur, non pro cuncto alicubi accipi potest. Virgil. Georgic. lib. 3.

totas

Aduoluere focis vltimos, ignique dedere. Vt sit totas, integras: non omnes, quæ in mũdo sunt vltimos. 20

Eniti, *Inniti*, *Obniti*, cū ex vno sint intellectus, acceptis tamen præpositionibus fiunt diuersa. *Eniti* enim potest videri aut aliquam gratiam, aut honorem, aut vtilitatē ærumno solum tēdere sine labore, quāquam in aliquibus grauius audiatur, vt sint *enixa*, pariendi labore defuncta. *Inniti* autem, incumbere, manifestum est. Virg. lib. 6.

Ille vides pura iuuenis qui innititur hasta. 30

Obniti verò est, contra aduersarium obluetari. Virg. 4. Georg.

Vsq; eadē obniti non cedere.

Illex & *Illex* hoc discernuntur, ab illiciedo *Illex*: *Illex* verò à quo lex non seruetur. Plaut. Pænulo,

Qui male rei antè fuimus *Ilices*.

Idem *Perla*,

Iniurie, *illex*, labes populi. hoc est, viuens sine lege, sine iure. 40

Ergastulũ & *Ergastulus* vt genere, ita & intellectibus differunt. Nam neutro carceris locus est: masculino, custos loci pœnalis.

Fremere est magnum sonare. Virg. Georg. lib. 2.

Fluctibus & fremitu assurgens *Benace* marino.

Frendere cū gemitu vel iracūdia, miserum aut minax sonare. Virg. lib. 3. *Æneid*.

Luminis effossi fluidũ lauit inde cruorẽ, 50
Dentibus infrendens gemitu.

Fora & *Fori*, vt genere, ita & intellectibus discernuntur. Neutro loca sunt, quib⁹ ius dicitur: masculino, spacia in nauib⁹. Vide lib. 6.

Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant

Deturbat, laxatque foros.

Vel locus apertus ac patens, vnde & gladiatores foros facere dicuntur, cū longo seētantur circuitu. 60

Educere est extra trahere. *Educare*, enutrire, & prouehere. Varro Catone, vel de liberis educandis, *Educit enim obstetrix, educat nutrix, instruit paedagogus, docet magister.*

Aborsus ille dicendus est, qui & in primis mensibus, cū conceptui exordium factum est. *Abortus* propè tempus pariēdi, tunc enim moritur, quod nascitur. In plurimis hoc reconditum inuenimus.

Agrætij.

F *Verinus* coniunctiuo modo, tēpore præterito. *Fuerimus* eodem modo, tempore futuro.

Cū diceret, verbo actiuo, cōiunctiuo modo. *Diceret*, verbo passiuo, indicatiuo modo.

Miramur opera. *Admiramur* virtutes.

Labiũ superius dicitur. *Læbrũ* inferius.

Rostrũ non est, nisi quod incuruum est.

Exercitus laboribus. *Exercitatus* studiis.

Minores res esse aliquas, aut homines dicimus: nam *minoris* empreum aut æstimatum aliquid rectè dicimus, sicut est. *Pluris*, quod maioris summa taxatur.

Plures de multitudine scribimus, *Plures* de comparatiui gradu. Cic. *Vnus plures prædonũ duces cepit Sernilius, quàm ceteri.* Positiuum habet *Multi*, superlatiuum *Plurimi*.

Cepit, de capiēdo. *Cæpit*, de inciēdo.

Vterque venit. *Vtrique* veniunt. Cic. *Indeco promi utrosque, binos vt habeam.*

Coparia vasa Delphica semper sunt, vnde ipse Cicero dicebat, *Scyphorũ paria complura.*

Queritur de inquirendo. *Queritur* de plorādo dicimus: & sic *Questus* lucro, & *Questus* lacrymarum.

Poculum vas est. *Potio* quod hauritur. Cic. *Accepto poculo subitò in media potione exclamauit.*

Dimidiatum calicem bibi, non *dimidiũ* dicere debemus: non enim ipse vas bibis, sed quod intra vas est.

Olim & *Quondam*, & aliquādo, tria tempora tenent, præteriti, præsentis, & futuri: affirmati inueniuntur exempla. Præsentis demus, quod difficile videtur. Virg.

Tumidis quod fluctibus olim

Tunditur. Idem,

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Cic. *Expergiscimi aliquādo, & capecite Rēpub.*

Conscribere est multa simul scribere. *Exscribere*, quod ab aliis scriptum sit, transferre. *Transcribere*, cū ius nostrũ in alium transit. *Inscribere* accusationis est, vel occasionis. *Adscribere* significationis est. *Describere* dictionis vel ordinationis.

Exstruere, est in altum struere. *Instruere* acie vel actionem. *Astruere*, affirmare. *Construere*,

vt 5

struendo coniungere. *Substruere*, est aliqua substernere, superposita re.

Memini me facere, dicere debemus, non, *Memini me fecisse*: nam *Memini*, sermo est totus præteriti temporis, qui ante factam rem in præsens reuocat. & si dixeris: *Memini me fecisse*, duo præterita simul iungis. Cic. *Memini Pamphilum Lilybetanum mihi narrare solitum*. Idem infra, *Respondi Metello ut debui, et memini me dicere*. Terent.

Ego illam vidi virginem, forma bona, *Memini* videre. Virg.

memini, fama est obscurior annis,

Aruncos ita ferre senes.

& multis præterea in locis. Neque inuenitur vbi ab aliis magnis auctoribus *Memini* ita positum sit, vt non addatur aut etiam, aut aliquantus sermo, qui præsens tempus restituat, nisi vno loco, & hoc quasi mirabile,

Namque sub Oebalia memini me turribus altis

Corycium vidisse senem.

quod poetæ pro necessitate metri licuit usurpare.

Instar illius rei dicere debemus, nō ad instar.

Arbor omne lignum dicitur. Arbor non nisi fructifera.

Hora dierum. Ora pro finibus.

Pignora rerum. Pignora filiorum & affectionum.

Columba, quæ mansuetæ fieri possunt, & domibus assuescere. *Palumbæ* fera, arboribusque & siluis, saxisque inhabitantes.

Veniū, qui accedūt: *Vaneūt*, qui vedūtur.

Consuescimus bona. Insuescimus mala. Assuescimus vtraque.

Coniungunt bona. Accidunt mala. Eueniunt vtraque.

Fungi agere est. Defungi est deficere, vel peragere.

Adolescere augmenti est. Inolescere coaugmenti. Exolescere vanescentis.

Auena steriles, germen est. Habene dicuntur retinacula iumentorum: hoc de habēdi potestate, illud de occupādi auiditate dictum.

Decem, decem vncias. Duicem undecim.

Pulchritudo formæ: in viris Dignitas: vnde Cic. pro Cælio, *Quis non possit huic ætati, atque dignitati, etiamsi sine suspitione, at non sine argumentomaledicere*: In scæminis autem *Honestus* dicitur: vnde Terent. de horrido & sene Eunucho,

Illūmne obsecro inhonestum hominem, senem, mulierem?

Formosus verō in luxuriosis, vt,

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

Ipsē pronomen dignitatis. *Iste* abiectionis. Terent. in And.

Id isti vituperant factum.

Donū dātis est. *Munus* accipiētis: illud à dādo, hoc à muniendo vel à mouēdo dicimus.

Hæc manus, huius hominis dicimus. *Hæc* manum, multos homines coniungentes.

Coarguere est coercere, & compensare.

Arguere ostendere & patefacere. Virg.

Degeneres animos timor arguit. vnde argumenta dicuntur, quæ causam causæ ostendunt.

† *Sunt* sermones (vt ita dixerim) cōmunes duo sibi contraria significantes.

Victor est ille, qui portat, & qui portatur.

Hospes est, qui recipit, & qui recipitur.

Sacer est, venerandus & execrandus. Virg. Auri sacra fames.

Vltus est vindicatus & punitus.

Gratia malæ & bonæ rei causa, nam sic dicimus inimicitiarum, vel beneficij gratia. Ita vt Sallust. Opprobrij gratia. Cic. *Religionis &*

20 *supplicij gratia, colendam & fruendam tradiderat*. Et Terent.

Qui referam sacrilego illi gratiam?

Suffragia populi, & quæ honorāt, dicuntur, & quæ donantur. Cic. de præfectura vrbana,

Istum vix ullis populi suffragiis redimere potui.

Donamus, & illud, quod damus: & illū, cui damus.

Afficiamus honore, *Afficiamus* iniuria.

Eleuamus, & quæ in altum extollimus, & 30 quæ alleuiamus, id est, leuiora facimus.

Subducimus, & quæ retrō subtrahimus, & quæ in promptu afferimus bello. Sallust. *Catilina optimū quēque in primam aciem subduxit.*

Pudet, & quæ ad alterius factō, & quæ de suo, vt in Adelph. de verbis Ælchini,

Vbi cum pudet fratris nō ante confessum.

Supremus, Summus & Vltimus, & superiorē & inferiorē significat.

40 *Altū*, & quod iursum est, & quod deorsum. *Procul*, & longē & propē significat. Vt,

clypeo est excussa sagitta, proculque Egregium autorē, latus inter & ilia fixit.

Damnatus, & *Addictus*, & *obligatus*, vel potius absolutus. Virg.

Quem damnat labor, aut quō vergat. id est quem virtus sua absoluat, aut victorem faciat. Nunquam enim Virgilius in duobus

locis vnā rē ponebat, præsertim cum A V T,

interponeret coniunctionem disunctiuam. 50 Idem alio loco,

Damnabis tu quoque votis: sicut voti reus, dixerat hic, ita & absoluedos

dixit: Vnde & iure damnas istius & istum, esto

ligatum dicitur, hoc est, soluendo, esto istū, quod solui omnibus modis necesse est, et si res aliena ligatur.

In præpositio vtrique casui seruit. Cum in loquelas transit, fit etiam communis intellectus, nā & satis & parū factū aliquid, vel nō

60 factum dicimus, sicut *Impotens & infractus*.

Latere & Absconditum esse aliquid dicimus, & late patere. Virg.

Et scuta latentia condunt. Et,

Quod torua solum sub fronte latebat.

Horridum dicimus despicabile aliquid.

Horrendum, admirandum. Virg.

Oculos horrenda in virgine fixit.

Aduocatur, daturus patrociniū: *Inuocatur* præstaturum auxilium. *Enocatur* præbiturus obsequium.

Illuuius sordiū est: *Ingluuius* vētris illud quidem à lauando, hoc ab inglutendo dictum.

Torres, lignū præustum: *Torrentis*, aqua prærupte decurrens.

Commememus præterita: *Admonemus* præsentia: *Præmonemus* futura.

Ne, multas significationes habet. *Vt*, *Ne* quare doceri. *Ne longa*, aduerbiū prohibēdi. *Ne breuis*, coniunctio disunctiua, vt est,

Hominē sine feratne.

Ne longa, coniunctio causalis, Vt est,

Ne tenues pluuiæ. Et,

Ne subeant herbæ.

Temeritas sine cōsilio dicitur. *Audacia* post consilium.

Velocitas pedum & corporum. *Celeritas* animorum atque factorum.

Gaudium animi letitia est: *Exultatio* membrorum atque factorum.

Vlens est, quod nascitur. *Vulnus*, quod ab alio inferitur.

Vinum, de victuro dicimus. *Vinentem*, de morituro.

Nascitur, quod de vtero decedit. *Enascitur* quod de terra aut de aqua exurgit.

Adducitur quis ad rem inhonestam: *Perducitur* ad studia: *Deducitur* ad honorem.

Eluxit, qui luctum deponit: *Illuxit*, cum lumen apparuit.

Nunciatur de lōginquo: *Denunciatur* de præsentia: *Adnunciatur* de futuro: *Renunciatur* de excusando & repudiando. Cic. *Renunciata* est tota conditio. *Deportare*, deponere: *Adportare* est aliquid afferre: *Comportare*, in vnum locum conferre: *Exportare*, de loco tollere. *Temperantia* est animorū: *Temperatio* rerum: *Temperies* ventorum.

Pasim aliquid inueniri rerum, de re corporali rectē dicimus. *Assim* de re aliqua incorporali: primum enim de incensu, illud de asfatu dictum.

Lepus animal est. *Lepor* iucūditas voluptatis, vnde & gratum aliquid, *lepidum* dicimus.

Lepos eloquij.

Recipimus aliquid deferendum rogati. *Suscipimus* nostra sponte.

Aspicimus sursum. *Conspicimus* palam. *Respicimus* retro. *Inspicimus* intus.

Præterea, præteriti temporis Sallust.

Nunquam Hispanos præterea tale facinus facere.

audiri. Temporis futuri. Præterea haud suspēctis.

Eo verbum primæ personæ, facit *Eo, is, it.* *Eo* aduerbium loci, vt si dicis,

Eo redactus sum.

Eho aduerbium interrogantis est. Terent.

Eho Parmeno mi, nostin?

Eho est interiectio iubentis vel hortantis. Idē,

Eho puer, curre ad Bacchidem.

Hen interiectio dolentis est: *En* laudantis. Terent.

Eu Phormio, Idem,

Eu noster, laudo.

Heus aduerbiū vocātis. *Hen* respondētis.

Limes ædium est. *Limes* regionum.

Arundo canna est ab ariditate dicta. Vt,

Fluuiialis arundo.

Harundo, telum ē canna. Virg.

Harer lateri lethalis harundo.

Hirundo auis est, quæ tignis adharet. *Hirundo* sanguifuga dicitur.

Spirare viuētis est. *Exspirare* mortui.

Pertinacia malæ rei. *Persuerantia* bonæ.

Consequimur studio. *Obsequimur* officio. *Persequimur* iniuria. *Prosequimur* ordine. *Asssequimur* voto.

Nihil aduerbium. *Nihili* nomen est.

Nemo momenti. *Nullus* nihil dicitur.

Genus familiæ. *Gentem*, regionem rectē dicimus.

Letamur de nostris. *Gratulamur* de alienis.

Hoc gratificans lætitia, Cicero dixit, *Neque istius hominis perditæ subita lætitia, quàm huius hominis amplissimi noua gratulatio, diuinijs enim commouebat.*

Herbidum locū dicimus, in quo herba est, etsi aridus esse cōsueuerit. *Herbosum*, qui herbam facillè generat, etiamsi ad tempus aridus sit. *Aquaticam* potionem rectē dicimus, quæ aquam aliunde recipit. *Aquosum* locū, quod ex se aquam fundat. Ita & *mericā* potionem, *meuosum* autem vinum appellatur.

Attollit, *Aggerat*, non attollit, adgerat scribendū est. In compositione enim *A* *D* præpositio accusatiui casus corrumpitur. cum scribere vocali incipit, quando eam muta sequitur. *Integra* autem permanet, quando semiuocalis, vt *adsicil*, *adripit*. Huius rei ratio reddēda est: vocales omnis vocis principes sunt, & dominæ literarū, vtque sint vniuersa fortiora naturaliter faciunt, subiecta & adiecta sibi protegent, æqualia autem & resistentia elidunt. Nam quemadmodum nonnunquam inter se collisa franguntur, interdum & Synælophā faciunt: Ita consonantes sibi creditas cōseruant, quarū virtutē necesse est, vt semiuocales imitatæ vicina sibi muta tueantur.

Quæritur ab aliquib. quid distat inter *Super* & *Supra*, & *Subter* & *Subtus*. *Super* est, quod eminent. *Supra*, quod substratū aliquid habet.

Item *Subter* est, quod ab re aliqua superiore premitur, & conculcatur. *Subtus* est, quod demissum altius non contingitur.

Sinus dicimus exterius expansum receptaculum: *Gremiū* vestis receptaculum, interius iacens secretum. Virg.

Pendentemque sinus, & tota veste vocatē Cœruleum in gremium.

Gremium autem dicitur à contrario, ab ingressu difficili.

Dicimus *Adytum* & *Penum*, & *Penetrabile*, eo quod adiri & penetrari rarò soleant.

Largitas, humanitatis est. *Largitio* ambitionis.

Crassari in corporeis est, & sanguineis.

Grassari aut animi aut crudelitatibus.

Albū natura tantum est: Candidū etiā studio: & corpori & animo aliquoties assignatur: *Albos* ergo capillos, carmen candidum rectè dicimus.

Muliebres dicimus à muliere aliquid factū: *Mulierarium*, per mulieres ordinatum, & per viros gestum.

Iuventus ipsa hominis aetas, *Iuventas* dea, poetice, & En, vt Græcè dicitur.

Delictum, peccatū aliquando dicimus: *Delictū* militiae. At alicuius rei examinatae *Delectionem* appellamus, nam *Diligentia* affectionis, *Deligi* iudicij est.

Inter *Commodatū* & *Mutuatū* non nihil distat. *Commodamus* amico pro tempore equū, seruum, vestē. hanc ipsā rē, quā dedimus, recepturi. *Mutuo* damus pecuniā, triticū, vinū, & his similia, quæ mutuo data recipi necesse nō est.

Ligat quis vinculo. *Legat* testamento.

Loqui est hominis. *Obloqui* est obrectatoris. *Alloqui* suadentis est, vel hortantis, vel blandientis. *Eloqui* oratoris.

Percussum corpore dicimus, *Percussum* animo. Cicero de signis, *Tanquam illa face percussos esse.*

Effertur, qui portatur. Et, *Effertunt*, qui laudando extollunt. Idem Cicero, *Nimum hac illi fortasse effertunt.*

Discrimen & ad periculū pertinet, & ad experimentum.

Indigena homines dicuntur. *Indigenes* dij. Idem *Indigetes*, vnde geniti dij.

Circumpedes sunt obsequia feruorū. *Antipedes* amicorum.

Instit. arbor est, cui in fissa alienum germen includitur. *Adstita*, cui incolumi aliquid, vt sustineat, adiungitur. Horat.

Quia populus ad fissa surgit, quippe que vitibus maritatur.

Fremor est rumor hominū. *Fremitus* ferarū.

Flauum dicimus rubeū, sicut Flaua Ceres. *Furuum*, nigrum. Horat.

Quam penè furæ regna Proserpinæ.

Fuluū, rubeū & nigrū. Vt, *Fuluū* leonem, & *Fuluū* aquilam, & *Fuluū* aurum. Vt Virg.

Fulua pugnas de nube tuentem. quæ haberet igneum de cœlesti, & fordidum de lugubri, aut certè de *Ænea* iracundiā, de Turno tristitiā. *Fuluū* certè aurū, cui ad decorē splendoris sui ingeniti aliquid addatur.

Postulatur aliquid honestè: *Postitur* improbè. Cicero in *Fruentaria*, *Incipiunt postulare, postere nimia.*

Alius virorum rectè dicitur: *Vterus* mulierum: *Venter* vtroque modo.

Supplicia de tormentis dicimus: *Supplicationes* de precibus diuinis.

Triceni de tricenis dices, *Trigenti* de triginta. *Acessit*, qui vocat: *Acessit*, qui acculat. Sic Cicero, *Nos capitis accessere.*

Equando, increpando, vel inquirendo, interrogantis aduerbium est. *Quando* simpliciter loquentis.

Ecce, cum ostendis. *En*, cum increpas. Cic.

En cui tu quoque liberos tuos committas.

Hem, cum dolor iram mouerit, aut cum admiratione, cogitatioque stuporem.

Acerus mobilis est: *Acerbus* immaturus, *Asper* in moribus, & in signis.

Abitum sine aspiratione de abcessu scribis.

Habitū de vestitu gestūq. corporis dicim⁹.

Primus è multis, & *Prior* è duobus. Ita, *Postremus* de multis, & *Posterior* de duobus. Et,

Alter de duobus dicitur: *Alius* de multis.

Ve interiectio dolentis est, sine *æ*: *Ve*, coniunctio disiunctiua.

Premiū cū diphthōgo. *Pretium* per t. sine *æ*. Veteres enim maiores res sermonis cū diphthōgo, & quadā dignitate scribi voluerūt.

Preuari est rogare. *Deprecari* est purgare, & excusare. Virg.

Equidem merui, nec deprecor.

Cicero, *Quid faciet Hortensius, auariciæ criminæ frugalitatis laudibus deprecabitur?*

Fides de fidelitate dicitur, *Fidū* de chorda.

Disertus orator est: *Desertus*, derelictus.

Delator, qui defert ad accusandum: *Dilator* qui differt ad proferendum. Martialis,

Traducta est *Gyaris*, nec cepit arena nocentes,

Et delator habet, quod dedit exilium.

Deluit, purgat: *Diluit*, temperat. Liuius de morte Mithridatis, *Quod cum diluisset.*

Aduersum te, *Aduersarius*: *Aduersus te*, imitator.

Deduco, de amico producendo: *Diduco*, distraho.

Derectum, in rectum vadens: *Directum*, in latera aptatum.

Partem nomen est, *Partim* aduerbium.

Fastus de superbia, & facit genitium fastuum: *Fastus* de libris, & facit fastorum.

Expectatur, vêturus: *Spectatur*, qui videtur, vel probatur.

Apparet, qui videtur. *Paret*, qui obsequitur.

Apparet, qui videtur. *Paret*, qui obsequitur.

ÆLII DONATI,
Arruntii Celsi, & aliorum
Terentii interpretum.

Credimus, quod plerūque falsum est: *Intelligimus*, quod certum est.

Vitimur, fructibus rei, quæ ab amantibus saluo vsu nobis subministratur. *Abutimur*, quando deperdimus rem & fructum. *Vsui* est ager, domus: *abnsui*, vinum, oleum, & cætera huiusmodi.

Scribit, qui verba adhibet tantum: *Facit*, qui etiam argumentum componit.

Oratio, in sensu est: *Stilus* in verbis. *Oratio* ad res refertur: *Stilus* ad verba. *Stilus* non est in tempore, sed prolata oratione: *Oratio*, est in cogitatione, & in prolato.

Orationem in sententiis dicunt esse: *Stilum* in verbis: *Argumentum* in rebus.

Anferimus ea, quæ cum fastidio cernimus: *Ferimus* ea, quæ cum honore tractamus.

Curatio, propriè medicorum est: *Cura* reliquorum. *Facere* est in opere esse: *Efficere* perfectionem designat.

Iustum, in quo nihil iniquum iubetur: *Clemens*, in quo etiam multum de iusto remittitur.

Aduersum, sine dubio præpositio est. *Vi*, *Aduersum* te habeo gratiam. *Aduersus* participium potest esse, ab eo, quod est, *Aduerto*.

Scimus, quod certum est. In And.

Nam qui scire possis, aut ingenium noscere?

Noscerimus, quæ adhuc incerta desideramus. In Hæc.

Forma in tenebris nosci non quita est.

Laudat etiã alienus: *Gaudet*, qui pater est.

Ferre, est cum certo tempore: *Perferre*, sinè expectat euentus.

Feruntur onera: *Sustinentur* supplicia.

Dedere se pertinacibus: *Obsequi* superioribus.

Obsequium assentator debet: *Veritatem* amicus. In And.

Obsequiū amicos, veritas odium parit.

Duriter, sine sensu laboris: *Durè*, crudeliter: illud ad laborem, hoc ad seuitiam. *Durè* in alterum, *duriter* in nos aliquid facimus.

Cibus, qui etiam delicatis præbetur: *Viflus* in partu aridissq; alimoniis est cõstitutus.

Querit, qui ad plenum & perpetuum reponit: *Queritat*, qui vix quotidie inquirendo vitium inuenit.

Amator fingere potest: *Amans* verè amat.

Spondet puellæ pater: *Despondet*, adolescentis.

Metuo illum, qui mihi ipsi aliquid facturus est: *Timeo* ab illo, cuius causa possum aliquid mali pati, etiamsi ipse nihil in me mali consulat.

Efferrè dicuntur cadauera mortuorum: *Ire* propriè ad exequias. In And.

Effertur, imus. Virg.

Ite, ait, egregias animas.

Forma immobilis est & naturalis: *Vultus* mouetur & fingitur. *Vultus* sibi fingere multi possunt, *formam* nemo.

Modestia, ad probitatem vultus & morum pertinet: *Venustas* ad naturam corporis.

Honestum ad formam: *Liberale* ad vultum.

Feci, quasi facinus: *facere* enim quis & homicidium dicitur: *Commerui* minoris culpæ est: *Peccaui*, multo minoris, vel leuioris.

In And.

Quid feci, quid cõmerui, aut quid peccaui?

Dammum rei est: *Malum* ipsius hominis.

Aeger animus dicitur: *Aegrotum* corpus.

Dare, est quod repetas: *Dedere*, est ad perpetuū. *Damus* amicis: *Dedimus* tantum hostibus.

Lex ad homines: *Omen* ad deos refertur.

Segnitia ad agendum: *Socordia* ad considerandum. In And.

Nihil loci segnitie neque socordia.

Opem ferre dicitur in malis rebus, & iis, qui de salute dubij sunt. In Adelph.

Fer opem serua me.

Opitulari & *opitulatio* dicta ab opem tollendo, hoc est, ferendo. In And.

Sin opitulor, huius minas.

In verbis *παρορμησι* dicitur. In And.

Inceptio est amentium, haud amantium.

In nominibus *παρορμησι*. Cic. *Facie* magis quam facietis ridiculus.

Παρορμησι quoties verba sunt: *Παρορμησι*, quoties nomina.

Temulentus vino: *Temerarius* natura.

In And.

Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria.

Sanus, qui saluus est: *Validus*, qui multum rerum necessariorum ad salutem.

Exanimatus est perturbatus. Virg.

Exanimata sequens impingeret agmina muris.

Exanimus, mortuus. Idem.

Corpus vbi exanimū positum Pallantis.

Iracundia, ex iniuria: *Dolor*, ex miseria.

Inuenustus, cui displicens obiicitur: *Infelix*, cui placens negatur.

Ineptum, quod à quouis reprehēdi potest.

Falsum, quod etiam prudētem possit fallere. *Sollicitudo* est, quæ inhæret mentibus: *Sollicitatio*, quæ ab alio fit.

Amor, aduersus inhumanitatem: *Pudor*, aduersus ingratum animum.

Obtestatio dicitur, quādo eum adiuramus, quem rogamus: *Oramus* per eas res, propter quas rogamus. Virgil.

per euersa genitor fumantia Troie

Excidia obtestor.

* *Oramus*, quæ bona sunt: *Supplicamus* in aduersis magis, vel cum lacrymis.

Lassus cura, ex præterita spe: *Cōfectus*, sic vulneratus aut percussus, vt sanari non possit. Continet gladiatoribus. Cic. in Catil. *Gladiator illi confecto & saucio.*

* *Lassus* adempta attentione: *Cōfectus* cura, confirmato timore.

Fit, quod verum est: *Fingitur* quod falsum est: *Inuenitur*, ne temere fiat: *Efficitur*, vt in effectum perducatur.

Que opinamur, putamus: *Que putamus*, incerta sunt.

Promissio & Pollicitatio eandem vim habent: sed *Pollicitatio* maioris asseuerationis est.

Imponitur manus rebus, cum perficitur id, quod cœperit. Virgil.

Imponit regina manum.

Relinquitur res, cum imperfectæ manet. Idem.

Atq; opere in medio defixa reliquit aratra *Petimus* precariò: *Poscimus* imperiò: *Postulamur* iure.

Expectamus tam bona quàm mala: *Speramus* bonâ tantum.

Assolet consuetudinis est: *Oportet* rationis.

Coram ad certas personas refertur. Vt, *Coram* quem queritis, adsum.

Palam ad omnes.

Vereetur liber: *Metuit* seruus.

Despicere & desquirere consilium: *Despicere*, deorsum aspiciere.

Timor est malorum: *Pudor* tantum bonorum.

Aduerbia temporis aut certa sunt, vt, hodie, cras: *Aut incerta*, vt dudum, nuper. Itaque incertis certum additur tempus, vt iam dudum, nunc, nuper.

Pudor est mali facti: *Verecundia* recti & honesti.

Expofulare est querelam apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit iniuriam: *Postulare* autem, querelam dicere de altero apud alterum.

Amoliri dicuntur ea, quæ cum magna difficultate & molimine summoventur & tolluntur è medio: *Discedere* dicitur, qui facile abire è medio.

Amicus animi est: *Amator corporis*.

* *Amator*, qui ad tempus: *Amicus*, qui perpetuo amat.

Interrogatio est, cui necessario respondetur autem, aut non: *Percontatio*, cui nihil horum.

Grandis ad partem ætatis refertur. Vt, grandis natu: *Maior*, generaliter & ad summam ætatis refertur, & ad comparationem ætatis pariter ponitur.

Commodus esse quis potest, & alieno tempore superuenire: *Opportunitus* malum etiã aduentum habere potest: *Commodum* in homine est, aduentus in eius facto.

Quantumvis & quantumvis differunt, nam al-

terum contemptio, alterum laudis.

Confidètia interdum in bona significatione, interdum in mala ponitur: *Fiducia* semper in bona.

Gaudemus nostris: *Gratulamur* alienis.

Sempiternum ad deos pertinet: *Perpetuum* propriè ad homines.

Vinus perit, qui etiã dormiēs opprimitur.

Videns perit, qui vigilas vim patitur & perit.

Falsum est, quo tegitur id quod factum est:

Vanius quod fieri non potest: *Fictum*, quod non est factum, & fieri potuit.

Falsum est fictum mendaciũ, simile veritati: *Vanius* nec possibile, nec verisimile: *Fictum*, totum sine vero, sed verisimile. *Falsum* loqui, mendacis est: *Fictum*, callidi: *Vanius* stulti. *Falsum* loqui, culpæ est: *Fictum*, virtutis: *Vanius*, væcordiæ. *Falsis* decipimur: *Fictis* delectamur: *Vanius* contemnimus. Sic Arruntius.

Prudentia naturalis est: *Gnauitas* extrinsecus venit: *Imprudens* per se: *Ignarus* per alios.

Restituimur iis, quibus nos volumus: *Redduntur* iis, qui nos volunt. *Restituimus* volentem: *Reddimus* volentibus.

Restituitur cupiēs: *Redditur* cupiētibus: *Redditur & restituitur* cupiens cupientibus.

Expectatio certorum: *Spes* incertorum. *Expectatio* rerum propinquarum: *Spes* longinquarum. *Expectatio* destinatur tempus: *Spes* non destinatur.

Expectamus ante diem: *Speramus* ad diem.

Locus natalium est: *Ordo* fortunæ.

Consilium, in bonis animi: *Res*, in potestate fortunæ.

Lanius, qui laniunt pecora: *Laniste*, qui laniendis præsent gladiatoribus.

Ducitur quis, ad supplicium: *Deducitur* ad læticiam.

Cura, mentis est: *Curatio*, medicinæ: *Curatura* diligentia.

Proxima nobis aut præterita sunt aut futura: *Præsentia* ea sunt, in quibus nunc sumus.

Labra sunt superiora: *Labia* inferiora.

Abducimur, vnde nolimus: *Ducimur*, quò volumus.

Cessat desidiosus: *Requiescit* defessus.

Facetus est, qui facit verbis, quod vult: *Lepidus*, qui politus est, vt *Lexis*. *Lautus*, qui mundus & splendidus est.

Ofcula officiorum sunt: *Basia* pudicorum affectuum: *Suauia* libidinum vel amorum.

Dolus à lædendo dicitur, id est, à dolando, id est, minuendo. Nam & *Dolos* Græcis læsio dicitur, & *Dolones*, tela quædam bellica: & *Dolare* fibri, lignum est ascia cædere.

Predicamus vt res sunt: *Laudamus* extollendo. *Prædicamus* voce. *Laudamus* argumētum.

Statura corpori ascribitur. *Status* ad habitum refertur. *Status* est *quædam*. *Statura*, longitudo corporis.

Indicat is, qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit: *Confitetur*, qui de se tantum, & qui inuitus.

Ius est, quod omnia recta & inflexibilia exigit: *Aequitas* est, quae de iure multum remittit.

Rursus est introuersum: *Prorsus*, prius verum.

Fides in concipiendis comminationibus: *Denunciatio*, comminantis est.

Iniuria, quae fit innoxio: *Ius*, illa vindicta, quae redditur reo.

Mancipia dicuntur, quod manu capta sunt: *Serui*, qui seruati sunt, cum eos occidi oporteret iure belli.

Concertatio ipse actus. In Adelph. Nunquam vidi iniquius concertationem comparatam.

Certamen, res ipsa, de qua certatur. Virg. 5. Velocis iaculi certamina ponit in vltimo.

Diuiduum à diuisione: *Dimidium* à dimensione dicimus.

Memor, qui apud se meminit: *Gratus*, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit.

Laudat coram, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epistolam, sed ipse praesens: *Laudat* in os, qui apud ipsum loquitur qui collaudat.

Genus ad viuos pertinet: *Familia* etiam ad defunctos.

* *Genus* ad nobilitatem: *Familia* ad copiam refertur.

Raptio ad personam refertur: *Rapina* ad rem: *Raptus* ad stuprum propriè.

Ducimus volentes: *Abducimus* inuitos.

Suademus facilia: *Persuademus* difficilia. *Suadere* facientis est: *Persuadere* pericientis.

Ordo vel bonorum vel malorum dicitur: *Grege* vel bonorum, vel malorum est, & leuius. Cic.

In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri, impudicique versantur.

Ineptus, est tantum stultus: *Absurdum*, quod & stultum est, & in ipsa stultitia diuersum, & quasi sibi repugnans.

Ludere piscem, est non lesum viuere: *Natare*, quod etiam languidi possunt.

Lenitas ad permittendum: *Facilitas* ad ignoscendum.

Prauius est quod ipsum laedit facientem: *Malus*, quod alios tantum.

Pudet, in his, quae turpiter faciunt: *Piget*, in his, quae cum damno & malo. *Pudere* etiam ad dedecus: *Pigere* ad dolorem refertur. *Pudet*, quod turpe est. *Piget*, quod dolet.

Aggredimur, de longio quo: *Adorimur*, ex insidiis, & è proximo.

Patronus aut temporale nomen est defensoris, aut certe appellatio, per quam ostenditur, quid illi cultus aut obsequij debeatur: *Parent* autem veri amoris nomen est.

Deficit socius: *Prodit* parcs: *Deserit* patronus: Sallust. Post defectionem sociorum & Latij. Terent.

Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.

Plaut. Qui liberos habent, eos deserunt.

Bonus est, qui non nocet: *Liberalis*, qui etiam prodest. *Bonus*, qui non peccat in facto: *Liberalis*, qui nec in verbis.

Orare est placidos petere: *Obscrare*, iratos rogare. *Obscrans* plus facit, quam *orans*: Plus *orans*, quam *rogans*.

Terquemus hominem: *Exstorquemus* veritatem. *Obnunciat*, qui malam rem nunciat: *Amnunciat*, qui bonam.

Erratio est pecudum: *Error* animi est, & loci, in quo erratur.

Coram indiget adiectione: *Palam* non indiget. *Coram* ad certas personas refertur: *Palam* generaliter dicitur.

Circūspicimus praesentia: *Prospicimus* futura. *Despondet* puellam, qui petit: *Spondet*, à quo petitur.

Ira de causa est: *Iracūdia* de vitio multum irascentis.

Conseruamus parta: *Querimus* noua: *Parci-*mus omnibus.

Ligare est iniicere alicui vincula: *Alligari* quod dicitur ad aliquid, sine quo esse non possit.

Ridet, qui simpliciter ridet: *Deridet*, qui alterius irrisione & contemptu ridet.

Ducere est apud alium, & palam: *Subducere* apud seipsum & secretò.

Facilis est, cuius ira cito soluitur: *Clemens*, qui non irascitur.

Clemens est circa rectè agentes: *Placidus* etiam circa delinquentes. *Clementis* est, nulli laedere os. *Placidi*, aridere omnibus.

Clemens animo: *Placidus* vultu.

Sanus factis: *Tristis* animo: *Truculentus* vultu. *Tristis*, qui dolet: *Truculentus* & *Sanus*, qui terret.

Probus sibi: *Moderatus*, apud alios.

Adiutor dicitur in re bona: *Impulsor* in mala.

Adiutor à non irascente: *Impulsor* à criminante & irato.

Vicium est, si tonat tantum: *Calamitas*, si tonat, & grandinat, & etiam fulminat.

Calamitas praeter aliam grauius dicitur: *Clades*, quia clamatur: alius grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali. Sic *Probus*.

Orator est, dum agit: *Exorator*, cum impetrauerit: Aliud dicentis, hoc effectum significacionem habet.

Docet poeta: *Discit* Scenicus.

Fidus in maximis: *Fidelis* in minoribus negotiis.

Fidus est amicus: *Fidelis* seruus.

Monemus consilio: *Fortiamur* impulsu.

Spoliare est, non minimam partem auferre: *Mutilare*, aliquid detrahere, sine quo res

elle non possit: *Lacerare*, cum omnino non habeas, quod imminuas.

Agere est aliquid necessarium facere: *Agitare*, voluptarium.

Expostulatio apud illum ipsum, qui peccauit. *Postulatio* de illo apud alterum.

Visere officij est: *Videre*, quarentis aliquē.

Visere officij est apud ægrotos: *Videre* cognitionis.

Scimus, quæ ad nos deferuntur: *Rescimus* calata.

Confessio bonæ rei est. *Conimatio* malæ.

Dedecoratur, quod honestum est in animo.

Horat. *Dedecorant* bene nata culpæ.

Turpatur, quod honestum est corpore.

Opera est, si sciētes laeserimus: *Culpa*, si nescientes: alterū sceleris, alterum stultitiæ est.

Resellit, qui negat: *Purgat*, qui fateretur, & sic defendit. *Resellimus* per coniecturam: *Purgamus*, per cæteros status.

Iraus, qui ex aliqua re laesissus irascitur: 20

Iracundus, qui ex parua, nullave causa præcedente irascitur.

Rursū propriè retro: *Prosum* antè significat.

Trepidatio ad vocem refertur loquentium:

Cursatio ad sonum pedum. *Trepidatur* ab his qui morbum putant. *Cursatur* ab his, qui raptum sciunt.

Exanimatus est conterritus, conturbatus.

In And. Quidnam Pamphilum exanimatum video?

Exanimus verò est occisus Virg.

Corpus vbi exanimū positum Pallantis.

Fortuna in incerto: *Fors Fortuna* in bono ponitur. Virg.

Si qua in te fortuna fuisset. Et ipse,

O fors fortuna.

* *Fortuna* dicta est incerta res. *Fors Fortuna*, euentus fortunæ bonus.

Tecta, ne videantur: *Tacita*, ne dicantur.

* *Tecta* sunt, ne hæc alij sciant: *Tacita*, ne ipse indicet. 40

Sobrini ex duabus sororibus: *Consobrini* ex fratre & sorore. *Consobrini*, cum de fratre natus est alter, & alter ex sorore, cum ex fratribus, *Patrueles* dicuntur.

Mereri bona dicimus: *Commereri* mala, id est, delinquere, peccare. In Hecyra.

Sæpe, quod vellem, meritam scio.

Virg. Ego te, quæ plurima fando
Enumerare vales, nunquam regina nega- 50
bo Promeritam.

Scimus manifesta. *Rescimus* occulta.

Prospicere futura. *Iudicare* præsentia.

Edicimus, quod iubemus fieri. *Interdicimus*, quod vetamus fieri. *Edicimus* vni generi hominum. *Interdicimus* diuersis.

Agit, qui rē iustā dicit. *Orat*, q̄ animo demisso precatur, vt quasi beneficiū præstetur sibi.

Scitū dicunt, quod placet: *Inscitū* qd̄ displicet 60

Offerimus iniuriam non merenti. *Reddimus* ei, qui meretur.

Accersi dicitur vxor ad maritum. *Abduci* à marito ad diuortium. Virg.

Et gremiis abducere pactas.

Facilis ad peccatū, *Benivolus* ad irā refertur.

Segregari dicitur quis à meretrice: *Seiungi* ab vxore.

Redditur nobis, quod nostri cupidum est.

Restituitur nobis, cuius cupidi sumus.

Resciscunt ad quos pertinet & qui nesciunt: *Sciunt*, qui negligunt. *Resciscimus* ex alio: *Sci- 10*
mus etiam per nostram opinionationem.

Bonitas in omnibus generaliter rebus est:

Aequanimitas in spectando. *Bonitas* in probandis his, quæ bona sunt. *Aequanimitas* in ignoscendis viciis atque delictis.

Metuimus eos, qui nos amant: *Timemus* etiā inimicos.

Vtimur cū honore: *Abutimur* cū iniuria.

Cura est in spe bonorum: *Solicitudo* in metu malorum.

Resutatio in rē est: *Confutatio* in personam.

Stillare est guttas emittere è corpore: *Exstillari*, ipsum corpus guttatim finiri.

Deliratio senectuti cōuenit: *Timor* cōsciētiæ.

Fl. Sospatri Charisii ex artis 30 Grammaticæ institutionibus.

Seruitium multitudo est seruorum: *Seruitus* sconditio seruiendi: sed veteres indifferenter seruitium & pro seruitute posuerunt. Virgilius *Æneid.* 3.

Seruitio enixè tulimus.

Mendum in mendacij significatione dicitur: *Menda* in culpa operis aut corporis.

Eborcum, & *Eboratum*, & *Eburnum*, ita placuit distingui, vt *Eborcum* sit ex solido ebore confectum: *Eboratum* extrinsecus ebore ornatum: *Eburnum* à similitudine eboris aptatum.

Podagrosus à *podagra* bene dicitur: Sed & *Podagricus* à pedum agritudine.

Aeditimus dicitur, qui ædem seruat, quasi ædis intimus: *Aeditus*, ab æde tuenda.

Cum dicimus *Hispanos*, nomen nationis ostēdimus: Cum autem *Hispanienses*, cognomen eorum, qui prouinciam Hispaniam incolunt, etsi non sint Hispani.

Lanius dicitur, vt Terent.

Lanij coci.

Lanio autem quasi diminutio lanij.

Cubicularius est custos cubiculi: *Cubicularis* verò lectus, cubiculo aptus.

Caligarius artifex: *Caligaris* clauus.

Clypeus genere masculino, significatione scuti ponitur, vt Labienus ait: neutro autem genere, imaginem significat. Plinius dubij sermo-

sermonis secūdo, indistincto genere dici ait, sed litera differre, vt pugnatorium per i *Clipeum* dicamus, quod est à Clepere, id est, celare dictum: Imaginem verò per u, à cluendo. Sed hæc differentia mihi displicet, propter communionem i & u literarum.

Munificus est tanquam beneficus: *Munifex* autem tanquã opifex & artifex: Itaque *Munificus* munera largitur: *Munifex* autem munere fungitur.

Diuinitus cùm dicimus, ex Dei mente factum significamus: *Diuinè* verò cùm laudamus.

Recidua dicimus, quæ post interitum redeunt: *Recidina*, quæ ex suo casu restituntur, vnde Virg.

Recidua manu posuissè Pergama victis.

Necessitas imperij: *Necessitudo* sanguinis cõ iunctio. Sallustius tamen necessitudinem aut sæpe pro necessitate ponit, nec vquam necessitatem aut ipse, aut quisquam veterum.

Vicinia dicitur loci demonstratio: *Vicinitas* verò vicinorum conductio.

Longitudo mensura est: *Longinquitas* regionis aut temporis.

Large qualitatis: *Largiter* quantitatis: vnde nascitur *Largitas* aut *Largitio*. Nam *Largitudo* nusquam inuenitur, nisi apud Neporem.

Insomnia plurali numero significari volunt Grammatici: *Somnia*: singulari verò numero *vigiliam*. Vt Pacuius in Antiope dixit,

Perdita illuue atque insomnia.
id est, vigilia.

Chilones dicuntur, quorum capita oblonga & compressa sunt: *Chilones* autem cum aspiratione ex Græco, à labris improbiis, quæ illi *χέλινα*, vnde Chilones, improbius labeati.

Nihil si dicas, quantitatem notas: Si verò *Nihili* adiuncta i hominis mores.

Labra modica: *Labia* immodica, & inde *Labiones*.

Lingula cùm non à linguendo dicta est, in argento. In calceis verò *Lingula* à ligando: Sed vsus *lingulam* sine n frequentat.

Satietas in cibo tantum dicitur: In cæteris verò *Satietas*.

Stirps in significatione sobolis fœminino genere dicitur, vt ait Virg.

Heu stirpem inuisam.

Sed cùm materiam significat, masculino modo *stirpem* rectum. Idem,

Sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum

Sustulerant.

Brenis in natura: *Pusillus* in corpore, vt *Brenis* dies, *Pusillus* homo.

Pometa dicuntur, vbi poma nascuntur, vt oliueta: *Pomaria* autem, vbi seruantur, vt *Penuaria*.

Intrò est, in locum: *Intus*, in loco dicimus.

Quando acuta prima syllaba interrogatio nem temporis significat. Vt,

Quando erit illa dies?

Sed si posterior grauetur, significat quoniam vel quandoquidem. Virgil.

Quando tot stragis aceros.

Teucrorum, tua dextra dedit.

Tergii hominis: *Tergus* pecoris nominatur.

Here, quàm diu: *Heri*, quãdo: ita enim qui dam putant dici debere.

Accedo tibi, eadem tecum sentio: *Accede* te, id est, ad te venio.

Q. Alconij Pædiani interpretis Ciceronis.

Populati auaricia: *Vexati* libidine & crudelitate.

Sunt, qui *Templa* esse dicant, singulorum diis attributorum locorum: *Delubra* multarum aedium sub vno tecto, à diluuiio pluuiæ munitarum: *Fana*, vnde fata petuntur.

Rogare, vt hominem: *Orare*, vt Deum.

Qui defendit alterum in iudicio, aut *Patronus* dicitur, si orator est: aut *Advocatus*, si aut ius sugg erit, aut præsentiam suam amico commodat: aut *Procurator*, si negotium suscipit: aut *Cognitor*, si præsentis causam nouit, & sic tuetur, vt suam.

Præiudicium dicitur res, quæ cùm statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod sequantur: *Iudicium* autem res, quæ causam litæmque determinat.

Suscipitur totum: *Recipitur* pars. *Recipitur*, quod hinc pender: Solum aliquid propter se suscipitur.

Asportare aliquid, vt intereat: *Deportare* vt mutet locum.

Transigere, quod manifestum est: *Expedire*, quod definiendum: *Absoluere*, quod diuidendum. An *Transigere* est, quod aut confiteri non timeat, aut negatione excludat: *Expedire*, quod definitione soluatur: *Absoluere*, quod per qualitatem licitum esse monstratur?

Iniuria semper iniusta est: *Ladi* etiam aliquis iuste potest. Nam & qui iure damnatur, læduntur, sed non iniuria.

Corrupta iudicia sunt in iis, qui acceperunt pecuniam: *Contaminata* in iis, qui offensione ordinis infamantur.

Dies fœminino genere tempus, & ideo diminutiue *Diecula*, dicitur breue tempus & mora: *Dies* horarum duodecim generis masculini est. Vnde *Hodie* dicimus, quasi hoc die.

Perditum, quod inueniri non potest: *Profligatum*, quod potest.

Pecius *Prodere*, quàm *Oppugnare*, propterea quod *Oppugnare* inimici & hostis officium est: *Prodere* grauius, cùm ad eos, qui amici esse debent, referatur hoc verbum.

Alacer dicitur is, cui omnis sensus, in suo quisque loco degit. *Lacer* verò qui sic est affectus, vt vultu indicet adesse animum non sincerum sensibus suis: Qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud esse *Alacrem*, aliud *Lacrum*. Sunt, qui *Alacrem* festinantem & properum putant, quasi alis acrem.

Apertè ad verba pertinet nò obscura: *Palam* ad presentium multitudinem, & qualiter frequentis loci.

Destrictus potest esse sine vinculis in diuersum manu ducentium ferri: *Obligatus* etiã nodis vinculorum in loco intelligitur: Plus est ergo *obligatum* esse, quàm *destrictum*.

Intelligitur aliquid argumentis: *Animaduertitur* sensibus presentis animo vtentibus: *Plerunque* enim *Aduertimus* rem aliquam oculis, aut quouis sensu corporis sine animi attentione: Ergo plus est *Animaduersum*, quàm *Intellectum*. An ab aliis *Intellectum*, ab aliis *Animaduersum* intelligi possent quod si est, rursus plus erit *Intelligere*, quàm *Animaduertere*.

Deponitur in sequestri: *Accipitur* ab eo, qui corrumpitur: *Recipitur*, id est, promittitur, id est, pro iudicato respondetur.

Sequestres sunt, apud quos pecunia deponitur: *Interpretes*, per quos inducitur pactio.

Argumentari & *Argumentis* vt ad rē probandam: *Dicere*, amplificatione vt ad rem, ad delectandum, commouendumq; audito-rem oratione perpetua.

Nefandum est nò fandum: *Nefarium*, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari: Ergo *Nefarij*, sacrilegi.

Reiciens malos & retinens bonos, *Verus Accusator* intelligitur. Qui verò contrà facit, vt sit impedimento ceteris, astuque tegat, de hoc intelligitur, quòd *Prenuicator*.

Figura est circa gestum situmque membrorum: *Status* circa ornatu & habitū vestis, insignium, & armorum.

Vidimus, quod in propo est: *Inuestigamus*, quod non videmus.

In *nascendo* sortem: in *faciendo* industriam esse veteres dicebant. Terent. in *Adelph.*

Ego profectò ingenio egregiè ad miseriam natus sum.

Cic. 3. *Verrina*, *Homo factus ad istius libidines*. Plus significatur dicendo *Spiritus*, quàm si *Animositas*, *Contentiove* diceretur.

Inter *Syngraphas*, & cetera *Chirographa* hoc interest, quòd in *Chirographis* tantum quæ gesta sunt scribi solent: In *Syngraphis* etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria voluntate hominū scribi solent. More institutoque Græcorum, & cetera tabulæ ab vna parte seruari solent: *Syngrapha* neutrius manu vtrique parti seruanda traduntur.

Bona in ipsis possessionibus: *Fortuna* in fructibus eorum.

Prætexta honestiorum: *Toga* viliorum, quod etiam quæ mulieres seruabatur.

Omen, auspiciū: *Causa*, excusatio.

Boni pro magnis: *Honesti* pro diuitibus, vetustè.

Detrimentum vel vnus partis dici potest: *Intertrimentum* verò ad vtriusque partem spectat, dantis & accipientis.

Bona prædia dicuntur, bona satisfactionibus obnoxia, siue sint in mancipiis, siue in pecunia numerata: *Prædia* verò, domus: agri.

Prædia sunt res ipsæ: *Prædes homines*, id est, fideiussores: quorum res, *Bona prædia* nunc vno nomine dicuntur.

Aliud *Socius*, aliud *Particeps*. *Particeps*, qui certam habet partem, non diuisè agit, vt *Socius*.

Thensæ sunt sacra vehicula: *Pompa* ordinū & hostiarum. *Thensæ* alij à diuinitate dicuntur: alij, quòd ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere & tangere, qui eas deducunt.

Spolia quaerita de viuo hoste nobili per deditionem, *Manubias* veteres dicebant, & erat Imperatorum hæc præda, ex qua, quod velent, facerent.

Ius, ad doctrinam pertinet: *Officium* ad virtutem.

Marij Seruij Honorati interpretis Virgilij.

Are & superis & inferis diis consecratae sunt: *Altaria* verò sunt superiorum tantum deorum, quæ ab altitudine constat esse nominata. Vt,

En quatuor aras,

Ecce duas tibi Daphni: duas, altaria Phæbo.

Ara dicta ab ariditate, quia in iis adoletur ignis: *Altaria* ab alendo, quia igni adduntur alimenta.

Armenta sunt equorum & bouum, quòd hæc animalia apta sint armis, vt scutis bouum coria, equi prælio: *Greges* capellarum & ouium sunt. Hæc tamen, armenta scilicet & greges, sciendū quòd plerunque confundit autoritas.

Angues aquarum sunt: *Serpentes* tetraurum: *Dracones* templorum. Vt *Æn. 2.*

per alta immensis orbibus angues.

Et paulò post.

serpens amplexus vterque. *Item*, delubra ad summa dracones.

Sed hæc significatio plerunque confunditur. *Adem* numero singulari de templo tantum dicimus: plurali, & de domibus, & de templo.

Auguro dicimus secundum Plinium, [Grammaticum] cum prælagio mentis futura colligimus: *Auguror* verò tum cum futura veris captamus auguriis.

Balsamum est ipsa arbor *Opobalsamum* succus collectus ex arbore: *Xylobalsamum*, lignum ipsius arboris.

Barba, singulari numero hominum: plurali verò quadrupedum dicitur.

Culmus est ipse calamus: *Stipula* verò folia, quæ ambiunt culmum.

Coryli, propriè dicuntur: *Auellane* ab *Auela* oppido Campaniæ, vbi abundant, nominatæ sunt.

Camuri sunt boum, qui cõuersa introrsum cornua habent: quibus contraria *Patuli*, qui cornua diuersa habent, quorumque cornua terram spectant: His contrarij *Licini*, qui sursum versus cornua habent.

Candidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusum: Aliud *album*, quod pallori constat esse vicinum.

Crustram cum dicimus fœminino genere, lapidis aut ligni, aut gelu partem significamus: Cum verò *Crustrum*: edulium aliquod significamus, partem panis vel placentiæ. Virgil. 7.

Orbem fatalis crusti. Horat.

dant crustula blandi

Doctores.

Cellarium est paucorum dierum, vnde & in cella dicitur importatum frumentum: *Penus* verò longi temporis.

Cervix cum numero singulari dicitur, collum significat: si plurali vimur, superbiam ostendimus. Vt in Verr. Cic. *Frange eervices*.

Carcer est vndeunque prohibemur exire, & dictus quasi arcer, ab arcendo: & quando locum in quo seruantur noxij, significamus, carcerè tantum numero singulari vimur, *Carceres* dicimus numero tantum plurali, vnde erumpunt quadrigæ, sed poeta plerunque singularem vsurpat. Vt est s. *Æneid*.

Ruuntque effusi carcere cursus.

Copia, de exercitu numero plurali dicimus, vt Salust. *Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias populus Rom. parua manu fuderit*: *Copia* verò aliarum rerum est.

Cornus ipsa arbor dicitur: *Pomum* verò *Cornum*, & *Corna*. Vt,

Lapidosaque corna.

Cestus per diphthongum, significat arma pugilum, habet etiam pluralem numerum, & est quartæ formæ: nam *Cestus cestis*, numeri singularis, sine diphthongo, baltheum Venenis.

Consultor est, qui consulit: *Consultus*, qui cõsultitur: *Consultum* verò res ipsa, de qua cõsultitur.

Deduco est persequor: *Diduco* verò diuido. *Despiciens*, deorsum aspiciens: *Suspiciens*, sursum aspiciens.

Disimulamus nota: *Simulamus* ignota. *Disimulamus*, quod sumus: *Simulamus*, quod non sumus. Vt Salust. *Cuiuslibet rei simulator, & dissimulator*. de *Catilina*.

Dapes regum sunt: *Epula* priuatorum. Vel *Dapes* deorum sunt: *Epula* hominum.

10 *Deos*, perpetuos dicimus, *Diuos*, ex hominibus factos, quasi diem obierint. Vnde *diuos* & *Imperatores* vocamus. Iuuen.

Respice riuales diuorum.

Sed Varro & *Ætius* [Philologus Grammaticus] contrà sentiunt, dicentes, *Diuos* perpetuos: *Deos*, qui propter sui consecrationem timentur, vt sunt *dij manes*. Quod tangit in 12. dicens,

Turni sic est affata sororem,

20 *Diua* deam, stagnis quæ fluminibusque sonoris

Præsider.

Dona sunt tantum superiorum: *Munera* inferiorum, Vt in *Bucol*.

Phœbo sua semper apud me

Munera sunt, lauri & suaue rubens hyacinthus.

Ennèdion est, quod dicitur cadauere nondum sepulto. Vt,

30 Extinctum Nymphæ crudeli funere
Daphnim.

Ennèpius post completam sepulturam dicitur, Vt,

Daphnis ego in siluis, hinc vsque ad sidera notus.

Excubiæ sunt diurnæ: *Vigiliæ* nocturnæ.

Fas ad religionem: *Iura* pertinent ad homines.

Flabra, hoc nomen tantum pluralè recipit numerum, ab eo verò, quod *Flamina*, *Flamen* possumus accipere: licet sit vitandum propter aliam significationem, nam dicitur *Flamen* *Dialis*, *Flamen* *Martialis*.

Frondeum est totum de frondibus, vt truncus: *Frondosus* verò est, lucus.

40 *Flagrat* dicimus, quoties incendium significatur, quod flatu alitur: vt, *Flagrantibus aris*.

Sed quoties odor, qui fracta specie maior

50 est, per R dicimus *Fragrat*. Vt, *thymo fragrantia mella*.

Fores propriè dicuntur, quæ foris aperiuntur, sicut apud veteres fuit: *Valuæ* autè sunt, vâ dicit Varro, quæ reuoluuntur, & se velant: *Ianua* verò est primus domus ingressus, dicta, quia Iano consecratum est omne principium. Cetera inter ianuam ostia vocantur generaliter, siue valuæ sunt, siue fores.

Furiosus est, à quo furor nunquam recedit:

60 *Furiatus* verò, qui fuxit ex causa.

Funus est cadaver iam ardens, quod dum portatur *Exequias* dicimus: crematum, *Reliquias* & *hustum*: conditum iam, *sepulchrum*.

Fundere est supina manu libare, quod fit in sacris supernis: *Vergere* est conuersa in sinistram partem manu ita fundere, vt supernè conuertatur, quod in infernis fit.

Forfices sunt, quibus incidimus: *Forcipes* sunt, quibus aliquid foruum tenemus, quasi *foruicapes*, nam foruum est calidum. Vnde & *Formosus* dicimus, quibus calor sanguinis ruborem pulchritudinis creat.

Humidum est, quod extrinsecus habet aliquid humoris: *Vuidum*, quod intrinsecus, vnde & *vua* dicta sunt.

Hostia dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt. *Victime* sacrificia, quæ post victoriam fiunt: sed hæc licenter confundit autoritas.

Historia est eorum temporum, quæ vidimus, vel videre potuimus, dicta *δὲ τῶν ἰστορίων*, à videndo: *Annales* sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit. Vnde *Liuius*, Ex annalibus & historiis constat, inquit.

Ignarus est, qui ignorat: *Immemor*, qui oblitus est.

Ius generale est, sed *lex iuris* est species. *Ius* ad non scripta etiam pertinet: *Leges*, ad ius scriptum.

Inensus propriè dicitur plus, quàm inimicus.

Indocile est, quod penitus non potest discere: *Indoctum*, quod nondum didicit.

Labra sunt virorum: *Labia* mulierum.

Liquor cum nomen est, *LI* breuis est: Cum ad verbum venerit, producitur. Vt: *Liquor*, *Liquoris*. Virg. 1. Georg.

canis cum montibus humor

Liquitur.

Legumen dicitur, quod manu legatur, nec sectionem requirat: *Frumenta* sunt omnia, quæ ex se aristas mittunt.

Lactans est, qui lac præbet: *Lactens*, cui lac præbetur.

Legiones peditum sunt: *Turma*, equitum.

Lucens est, quod aliunde illuminatur: *Lucibile*, quod lucet per se.

Mulstra tempus dicitur, quo mulgentur animalia.

Mulstrale vas, in quo mulgentur.

Medicor accusatiuum regit. Vt, *Medicor* illam rem: *Medicor* verò illi rei vilitatè dicimus: *Medicor* illam rem, figuratum est.

Myrtatum, ipse locus est: *Myrtus*, ipsa arbor.

Metor, metaris, metatus sum, significat eligere. Vnde *Lucan*.

Hesperios audax veniã metatur in agros, *Metior*, metiris, mensus sum.

Monstrum dictum à monstrando, & refertur ad præsens eius significationem: *Prodigiū* est, quod in longum tempus dirigit significationem.

Monumenta sunt memoriæ: *Monimenta* verò, à mentis admonitione sunt dicta.

Matrona dicitur prima pueri mater: *Materfamilias*, quæ plures peperit. Alij dicunt rectius *Matronam* dici, quæ in matrimonio cum viro conuenerit, & in eo matrimonio manserit, etiam si liberi nondum fuerint: dictam matris nomine spe, atque omine, vnde & *matrimonium* dictum. *Matrem* verò *familias* esse, quæ in mariti manu mancipique esset, quæ in familiam quoque mariti, & sui hæredis venisset. Alij *Matronas*, virgines nobiles dicunt. *Matresfamilias* verò, quæ in matrimonio per coemptionem conuenerunt. Nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrant mariti. Inter *Matrem*, & *Matremfamilias* hoc interest, quod *Mater* est, quæ præter illam significationem, quæ est *πῆξις*, quæ tantum conuenit in matrimonio: quod alij *Matrifamilias* verò, quæ conuenit, vt iam diximus, per coemptionem.

Naiades sunt Nymphæ fontium: *Oreades* montium: *Dryades* arborum.

Noxia est culpa, id est, peccatum: *Noxa*, pœna.

Nimbi dicuntur repentinæ & præcipientes pluuiæ: *Pluuias* ipsas vocamus lætas & iuges.

Olea est arbor ipsa, vnde deriuatum est *oleum*: *Olina* fructus ipse, vnde est *olium*. *Legimus* tamen *olium* & de arbore. Vt,

Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.

Oneratus est qualicumque pressus pondere: *Onustus*, cui onus ipsum honori est. Vt, si quis hostium spolia ferat: Sed *Oneratus* aspirationem non habet, quia ab onere venit: *Honustus*, quia etiam ab honore descendit, retinet aspirationem.

Opes numero tantum plurali diuitias significat. Virg.

Troianas vt opes.

Numero tantum singulari, auxiliū. Terēt.

Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.

Vtroque numero, possibilitatem.

Opim quando dicimus, nympham significamus: Si autem dicimus *opem*, auxiliū intelligimus. *Opes* numero plurali, auxilia & census accipimus. Nam *Ops* terra est vxor Saturni, quam Græci Rheam vocant.

Orare est petere: *Exorare*, impetrare.

Odorum, quod per se olet: *Odoratus*, quod odorem aliunde accipit.

Hoc Opus & *has Opera* tunc dicimus, quando negotium ipsum, quod geritur, significamus. Si autem foeminino genere dixerimus *Operas*, pœtonas ipsas, quæ aliquid faciunt, significamus.

Patulum dicimus, quod per se patet naturaliter, ut nares, arbor: *Patens* est, quod & aperitur & clauditur, ut ostium, oculi.

Patrij dij sunt, qui praesunt singulis ciuitatibus, ut *Minerua* Athenis, *Iuno* Carthagini: *Indigetes* autem proprie sunt dij ex hominibus facti, quasi in diis agentes, ut *Aeneas* Romulus.

Plante raptae sunt de arboribus: *Plantaria*, quae ex seminibus nata, cum radicibus & terra propria transferuntur. *Virg.* 2. *Georg.*

Et viua sua plantaria terra.

Pecuaris, ab eo quod est pecuare venit: nae *pecua*, ut ait in *Popeiana* *Cicero*, ab eo, quod est pecu venit. Ut, *genu gemma*.

Pecior a malo dicitur: *Deterior* a meliore.

Parere est obedire. Ut, *Parer* amor dictis:

Apparere autem est videri. Ut,

Apparet liquido sublimis in aere nifus.

Pernix pedum est. Ut,

Pernicibus ignea plantis.

Celeritas pennarum. Ut,

celerique fuga sub sidera lapsa.

Populos cum numero plurali dicimus, vrbes significamus: cum vero *Populum*, vnius multitudinem ciuitatis intelligimus. Ut, *populum* late regem, belloque superbum, de Romano intellexit.

Pollicemur sponte: *Promittimus* rogati.

Pavidus est semper timens: *Pauens*, ex causa.

Pone verbum, nullu habet accentum, Ut,

Pone metum *Cytherea*.

Pone tamen in vltima habet accentu, cum significat retro. *Terent.* in *Phor.*

Pone apprehendit pallio.

Piget ad futurum spectat: *Pudet* ad praeteritum. Et licet pene vna sit significatio, tamē dicimus, *Piget* me illud dicere: *Pudet* me fecisse.

Postere, est secundum *Varronem*, quoties aliquid pro merito nostro deposcimus: *Pete-re* vero est, cum aliquid humiliter & precibus postulamus.

Penetrabile dicitur, quod penetrat: quod autē penetratur, *Penetrabile*.

Rura dicebant siluae & pascua: *Agrum* vero eum, qui colitur.

Ripe proprie fluminum sunt: *Littora* maris. Ut, *Quid.*

Pro ripis littora pulsant.

Sinus genus est vasis, quod cum significamus, s i, producitur: Cum gremium significamus, s i corripimus.

Squallens, splendēs significat, quod a *Squamis* venit. Ut,

Squammis aurōque trilicem.

nam a *squallore* sordidum significat. Ut,

Squallentem barbam.

Spinus masculino genere prunorū arbor vocatur: *Spina* vero feminiuo, sentes vocantur. 60

Salem quo vtimur, singulari tantum numero dicimus: cum *iocum* significamus, pluralē tantum ponimus numerum, secundum *Lucanum*, qui ait,

Non soliti iusere sales.

Aliquando & *urbanitatem* per singularem numerum significamus. *Terent.* in *Eunucho*,

Qui habet salem, quod in te est,

id est, quae res in te est. Masculini enim generis est, non neutri, & neutra *ne in te* sunt, nec ab hoc accusatiuo nominatiuus esse potest, hoc sale.

Salum ab eo venit, quod est *Salum Sali*, Ut,

Perque vndas superante salo:

Et quod ait,

Et sale tabentes artus, ab eo quod est, hic *Sal Sali*, cum *Salum*, a *σαλς* uo.

Statio est, vbi ad tempus stant naues: *Portus*, vbi hieant.

Stirps genere foeminino gen^o significat. Ut *Heu stirpe* inuisam: Masculino arborē. Ut, *Sed stirpe* *Teucris* nullo discrimine sacri.

Specula, quando speculationem significamus, generis est foeminini. Ut,

Specula *Misenus* ab alta.

Speculum autē, in quo nos intuemur, generis neutri est. *Iuuen.*

Speculum ciuiliu sarcina belli.

quod *Graecē* *επιπέλας*.

Sertum & *Serta*, cum nihil adiciatur, dicimus. Ut,

*Sertis*que recentibus halant.

Item alibi expressius,

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Si autem *Sertos* dixerō, addo flores: Si *Sertas*, addo coronas. Ut *Lucanus*,

Accipiunt *sertas* nardo florente coronas.

Species rerum praesentium est, quod quasi aspicitur: *Fama* rerum absentium.

Sanies, mortui est: *Tabus*, viuentis scilicet sanguinis.

Timor de futuro est: *Odium*, de praesenti.

Turbo quando appellatiuu est, facit *turbidus*: Si nomen proprium, *Turbonis*. Ut *Hora*.

Turbonis in armis.

Troia, cum prouinciam dicimus, & principale est nomen, breuis est *Tro*. Ut,

Troia ruinis.

Drayonias. Quando nō est principale, & deriuatio est, longa est, *Tro*. Ut, *Troiis* *Aeneas*.

Tellurem deam dicimus: *Terram* vero elementum.

Totum est vnius corporis plenitudo. Ut, *Totum* auditorium, id est, integrum. *Omne* de vniuersis dicimus. Ut, *Omne* auditorium, id est, vniuersa auditoria.

Terror proprie est, qui aliis infertur, vt si dicas, *Ille* habet terrorem, hoc est, timēdus est: vnde & *terribilis* dicitur.

Metus dicitur, quem habent timentes.

Volems ab eo, quod volam impleant, dicta sunt: *Vola* autem est medietas palmæ vel pedis, vnde & *innolare* dicimus. *Volems* lingua Gallica bona & grandia dicuntur, sed magis dicta sunt ab eo, quod volam impleant.

Voluens, qui voluit: *Volubilis*, qui voluitur.

Vterus est mulierum: *Aluus* est, qua defluunt sordes. Sallust. Simulans sibi alium purgari: *Venter* qui videtur. Iunen.

Montani quoque venter adest abdomine tardus.

Vanus est, qui etiam sine utilitate mentitur: *Mendax*, qui tantum ad decipiendum. Sanè *vanus* apud idoneos, stultus inuenitur. Vt Iuuen. Sic libitum, vano qui nos distinxit Othoni.

Vrbs muros: *Ciuitas* eius habitatores significat.

Virus genere vtimur masculino, cum de his loquimur, quibus videmus, Vt si dicam, Nubecula obest visibus meis: Sin *ventro* vtamur, ea quæ videntur, significamus.

Vitta sacerdotis sunt: *Laurus* verò etiã Imperatoris victoris.

Vallum dicitur ipsa munitio: nam *Valli* fustes sunt, quibus vallum munitur. Virg. de sustentaculis inquit vitium,

Primus vallos sub tecta referto.

Sexti Pompeij Festi

DE VERBIS

VETERIBVS.

A *Mbaruales* hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus sacrificabantur. *Amburbiales* hostiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbs Romæ ducebantur.

Aeus dicitur, qua sarcinatrix vel etiã ornatrix vtitur: *Aeus* etiam paleæ quædam de frumento dicuntur.

Afiduus dicitur, qui in ea re, quæ frequenter agit, quasi cõsedisse videatur. Alij *afiduum*, locupletem, quasi multorum assium, dictum putant. Alij eum, qui sumpta proprio militabat, ab esse dando vocatum existimarunt.

Ad, aut propriè personam significat, vt, eo ad Pompeium: aut locum, vt, abiit ad theatrum. *Ad*, differentiam rerum significat, vt cum dicimus: Scipio est bellator, at Marcus Cato orator.

Adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, vt esset coloni. *Adscripti* veluti quidam scripti dicebantur, qui suppensis legionibus adscribebantur.

Arbitrium dicitur sententiã, quæ ab arbitro statuitur. *Arbitrariũ*, cum adhuc res apud arbitrum geritur.

Ambitus honoris dici ceptas est, à circueundo, supplicandõque. *Ambitio* est ipsa actio ambientis.

Adco, cum prima acuta effertur, idẽ significat quod accedo, vt cum dicimus, adco præto

re. Cum secũda, idẽ est quod vsq; eo nõ quidem secundu rationem, quia Ad præpositio accusatiuis accommodanda est, sed vetusta quadam loquendi consuetudine.

Aquilus color est fuscus & subniger, à quo aquila dicta esse videtur, quamuis eam ab acutè videndo dictam voluit. *Aquilus* autem color, ab aqua est nominat. *Aquilo* vterq; à vehementissimo volatu, aquile instar, appellatur.

Apud & *Penes* in hoc differunt, quod alteru personã cũ loco significat: alteru personã, & dominũ, ac potestatem, q; trahitur à penitus.

Abgregare est à grege, *Adgregare* ad gregẽ ducere, *Segregare* ex plurib; gregib; partes leducere: vnde & *Egregius* dicitur, è grege lect.

Auidus à non videndo, propter nimiam cupiditatem appellatur: sicut *Amens*, qui mentẽ suam non habet.

Beneficiarij dicuntur milites, qui vacat muneri beneficio: è contrario *Munifices* vocantur, qui nõ vacant, sed munus Reip. faciunt.

Bardus stultus à tarditate ingenij appellatur. *Bardus* Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit à gente Bardoru.

Concinmare est aptè componere, *Concinere* est conuenire.

Colum lorũ, quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictu. *Colum* poetæ cœlum dixerunt, à chaos, ex quo putabant cœlum esse formatum.

Comptum, genus libaminis, quod ex farina conspersa faciebatur: *Comptum* Afranius proornatu, & cultu posuit.

Chilo dicitur cognomẽto, à magnitudine labioru. *Chilo* sine aspiratione, cui frons est eminẽtior, ac dextera sinistraq; velut recisa videtur.

Cupes, & *Cupedia* antiqui lauiore cibos nominabãt: inde & macellum & forum Cupedinis Romæ appellabant: *Cupedia* autem à cupiditate sunt dicta.

Curia locus est, vbi publicas curas gerebãt. *Calabra* curia dicebatur, vbi tantum ratio sacrorum gerebatur. *Curia* etiam nominantur, in quibus vnus cuiusque partis pop. Romani quid geritur. *Curiosa* comitia, à curiis appellata.

Curiales ciuiliẽ curiæ, vt tribules, & municipes. *Curules* equi, quadrigales. *Curules* magistratus appellati sunt, qui curru vehebantur.

Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prædiũ. *Vesperna*, quã nunc cœnã appellamus. *Cœnacula* dicuntur, ad quæ scalis ascõditur.

Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium: Cum potestate esse dicebatur de eo, qui à populo alicui negotio præficiebatur.

Censere nunc significat putare, nunc suadere, nunc decernere. *Censio* hastaria dicebatur dum militi mulctę nomine ob delictũ militare indicebatur, quod hastas daret. *Censui* agri à censendo

à censendo propriè appellatur, qui & cmi & vènire iure ciuili possunt. *Censores* dicti, quòd rem suam quisque tanti aestimare solitus sit, quantum illi censuerint.

Comedus, *di*, qui bona sua consumit, anti-qui dixerunt: *Comedio*, *onis*, recentiores.

Extrarius est, qui extra forum, sacramentum, iusque sit. *Extraneus* ex altera terra, quasi extraneus. *Externus*, ex altera gente. *Extraneus*, ex alia terra, *Exterraneus* quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius eiectus est: dictus autem *Exterraneus*, quòd cum mater exterrita, aluo eiecit.

Explorator à *Speculatore* hoc distat, quòd *Speculator* hostilia silentio perspicit: *Explorator* pacata clamore cognoscit.

Feralia, diis manibus sacra festa, à ferendis pecudibus appellata. *Feria* à ferendis victimis appellata.

Fœnus & *Fœneratores*, & lex de credita pecunia, *Fœnebris*, à foetu dicta, quòd crediti nummi alios pariant, vt apud Græcos eadem res *τόκος* dicitur. *Fœnum* quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando id ipsum manens, quotannis nouum parit: vnde etiam *festuca* vocata est.

Fœnus appellatur naturalis terræ foetus, ob quam caulam & nummorum foetus *Fœnus* est vocatum, & de ea re *leges Fœnebres*.

Factio & *Factiosus* initio honesta vocabula erant: vnde adhuc factiones histrionum & quadrigariorum dicuntur. Modò autem nomine *factionis* scditio, & arma vocantur.

Hære, est aduerbium temporis: *Hæri* dictum à Græco *χῆρε*.

Hæres apud antiquos pro domino ponebatur. *Hæredium*, prædium paruulum.

Hofis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hofis, perduellis.

Impages, dicuntur quæ à fabris in tabulis finguntur, quòd firmius cohæreant, à *pingendo*, id est, fingendo. Vnde & poeta *Pangere versus* dicuntur, & agricolæ *Pangere plantas*, id est, infigere.

In, non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro ademptione ponitur, vt inuolando, inclamando, inuocando.

In preposuio significat modò quod non, vt inimicus: modò *actionem*, vt inclamauit: modò *vbi quod tendatur*, vt incurrit: modò *vbi quis sit*, vt inambulat.

Infectores qui alienum colorem in lanam coniciunt: *Offectores*, qui è colore proprio nouum efficiunt.

Illex producta sequenti syllaba significat, qui legi non parer, qui legem putat tenere se nullam. *Illex* correpta sequente syllaba significat inductionem, ab illiciendo.

Manubia Iouis tres dicuntur esse, quarum vna sunt minimæ, quæ moneant, placidæque

sint. Alteræ quæ maiores sunt, ac veniant cū fragore, discutiântque, aut diuellant, quæ à Ioue sint, & consilio deorum mitti existimantur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant, & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ propriam differentiam habeant, quòd aut adurant, at fuligine deformant, aut accendant.

Modò, cùm per correptum o, dicitur, significat tempus, vt, Modò introij, & ponitur pro tantum, vt, Tace modò, nunc iam. Quòd si producta posteriore syllaba enuntietur, dative vel ablatiuus est casus ab eo, quòd est modus. Vt, *Modo quodam*, id est, ratione.

Mente captus dicitur, cùm mens ex hominis potestate abiit: & idem *Demens*, qui de sua mente discesserit: & *Amens*, qui à mente abierit.

Miseratur is, qui conqueritur aliena incòmoda: *Miseratur* is, qui miserum subleuat.

Miseret me, eadè forma dicitur, qua *Piget me*. *Oculissimum*, charissimum. *Plaut*.

Oculissimum ostium amicæ.

Oculatum, pro præfenti posuit idem *Plaut*. cùm dixit,

oculata die. Item ipse,

Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem.

id est, qui se vidisse dicat. *Oculus* quoque dicitur, vt funditus, penitus: quo significatur tâ charum esse quàm oculum.

Orba significat apud poetas priuata aliqua persona chara. *Orba* est, quæ patrem, aut filios, quasi lumen amisit.

Inter *Obsidionalem* & *Ciuicam coronam* hoc interest, quòd altera singularis salutis signum est: altera vniuersorum ciuium seruatorum.

Ob præpositio, aliàs ponitur pro *circum*: vt cùm dicimus, *Vrbem obsideri*, *obsignari*, *obuallari*. Aliàs *In*, vicem præpositionis, quæ est propter, vt, *Ob merita*, *Ob superatos hostes*, vnde *obsides* quasi *obsides*, qui ob fidem patrie præstandam dantur. Aliàs pro *ad*, vt *Ennius*,

Ob Romam noctu legionè ducere cepit.

Presidium est, quòd pro salute, & utilitate alicuius auxilij gratia præponitur: *Subsidium* quòd postpositum est ad subueniendum laborantibus.

Properare aliud est, aliud *festinare*. Qui vnumquodque maturè tranfigit, is *Properat*: qui multa simul incipit, neque perficit, is *Festinat*. [Qui neque citius agit, neque serius, sed medium quiddam tenet, is *maturat*: vt bene atque propriè *Nigidius*.]

Portenta rerum fieri dicuntur, cùm solida corpora rarè se ostendunt, vt cometæ, turbines, barathra, item sereno cælo fieri tonitrua. *Ostenta*, quæ tantummodo ostendunt. *Monstra*, quæ perspiciantur, quæque remedio purgentur.

Puri, *Probi*, *Profani*, *Sui auri* dicitur in manumissione, sacrorum causa: ex quibus *Puri*, significat quod in usu spurcum non fuerit: *Probi*, quod rectè excoctum, purgatumque sit: *Profani*, quod sacrum non sit, & quod omni religione solutum sit: *Sui*, quod alienum non sit.

Quatenus significat qua sine. vt haecenus, hac sine: at *Quatinus*, quoniam.

Inter *Legem* & *Rogationem*: *Rogatio* est genus legis. Quae lex non continuo est, ea *rogatio* est, non potest non esse lex, si modò iustus comitiis rogata est. *Alius Gallus*.

Rogatio est, cum populus consulitur de vno, pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de vna pluribusve rebus, de quibus non omnibus fanciatur. Quod in omnes homines, resve populus sciuit *Lex* appellatur.

Reus stipulando, est idem qui stipulatur: *Reus promittendo*, est qui suo nomine alteri quid promisit, quive pro altero quid promisit.

Inter *Sacrum*, *Sanctum*, & *Religiosum* haec differentia. *Sacrum*, aedificium consecratum Deo. *Sanctum* murum, qui sit circa oppidum. *Religiosum* sepulchrum, vbi mortuus sepultus aut humatus sit.

Regium est, quod aut est, aut fuit regis: *Regale*, est dignum rege.

Sub vitem hastas iacere dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit: *Sub vitem praerari* dicuntur milites, cum sub vinea militum pugnare: *Sub vineam iacere* dicuntur, cum astantibus centurionibus iacere coguntur fudes.

Taciturnus, qui facile tacet: *Tacitus*, argutus etiam, quia potest aliquando tacere.

Martii Terentii Varronis.

DE LINGVA LA-

TINA.

Verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, vt *hostis*. Nam tum eo verbo dicebant *Peregrinum*, qui suis legibus vteretur: nunc autem eum, quem tum dicebant *Ferduellem*.

Lacus, lacuna magna, vbi aqua contineri potest: *Palus*, paululum aquae in altitudinem & palam latius diffusa.

Prasidium est dictum, quia extra castra praefidebant in loco aliquo, quod tutior regio esset: *Obsidium* dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi possit in die.

Pauper, à paulo lare: *Mendicus* à minus, cui cum opus est, minus est.

Dives, à diuo, qui vt deus, nullo videtur indigere. *Opulentus* ab ope, cui ea optime. *Pecuniosus*, à pecunia magna.

Vindemiator, vel quod vinum legere dicitur, vel quod de vite id demit: *Vestigator*, à venatu.

Assum dictum, quod ab igni affludescit. *Vnidum* est, quod humidum: & ideo vbi id non est, succus abest, & ideo sudando assum destillat humorem. Vt *Crudum* minimum habet humoris, sic *Excoctum* parum habet succi. *Elisum* est à liquore aquae deductum, & ex iure: quod iucundum magis, conditione succi.

Hasta, quod astans solet ferri. *Iaculum*, quod vt iaciatur, fit. *Tragula*, à traiciendo.

Dammum, à demtione, cum minus re factum, quam quanti constat: *Detrimentum*, à detritu: quod ea, quae trita, minoris sunt precij.

Merces à merendo, quod manu factum erat, & datum pro eo. *Manupretium*, à manibus & precio: *Premium*: à praeda, quod ob rectè quid factum, concessum.

Loquax, qui nimium loquitur: *Eloquentis*, qui copiose loquitur.

Colloquium, cum conuenitur in vnum locum, loquendi causa: *Loquela*, verbum quod in loquendo efferimus.

Loquitur is, qui suo loco quodque verbum sciens ponit: *Proloquitur* iste, cum animo quod habuit, idque extrahit loquendo.

Conferere manum dicimus cum hoste: *Afferere manum*, cum libertatem comprehendimus.

Spondet, qui dicit à sua sponte: *Sponsor* etià spondet, qui idem faciat obligatus: *Pras*, qui à magistratu interrogatus, in publicum vt praestet, à quo & cum respondet, dicitur *pras*. *Vas* appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.

Inter *Agendi*, *Faciendi*, & *Gerendi* verba. Potest quis quid facere, & non agere. vt, poeta facit fabulam, & non agit: Contra actor agit, & non facit, & sic à poeta fabula fit, & non agitur, & non fit. Contra Imperator qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit: sed gerit, id est, sustinet: translaturum ab his qui onera gerunt, quod hi sustinent.

Signa dicuntur eadem & *Sidera*. *Signa*, quod aliquid significant, vt, libra, æquinoctium: *Sidera* quae insidiuntur, atque ita significant aliquid in terris perurendo.

Fretum, dictum à similitudine feruentis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus, atque efferuecat. *Aequor*, mare appellatum, quod æquatum, commotum vento non est.

Q. Terent

Q. TERENTII SCAV-
RI DE ORTHO-
graphia.

DE, nonnunquam perperā ponitur, pro
Dex. De provincia venite, qui se dicit, di-
cit perperam. Imus enim in provinciam, vt, in
nauem, vt in Circum. Eximus ē provincia, vt ē
nauibis, ē Corfica. De provincia existimamus,
cūm de ea bene aut malē pradicamus. De na-
ui dicimus, cūm longa au oneraria sit, roga-
mus. De Circo, cūm Flaminius, an Maximus.

Vitiosē dicitur, Senatum haberi apud adē
Apollinis, quod in ade dici oportet. Et de sen-
natus sententia vitiosē: nam habent dicere,
vt ex mea sententia. Item quidam dicunt,
de senatu ire, dici potius, quā ē senatu: quod
de eo, quo inimus dicimus, in: de, cūm redi-
mus. Ex senatu eiecūs potius quā de sena-
tu.

Malē imperant qui dicunt, de tabulis quid
dicere. De tabulis enim is dicit, qui eas lau-
dat, aut culpāt: ē tabulis is dicit, qui quod est
in his scriptum, recitat ē scripto, quā pronū-
tiantur.

A capite dempta quæ vocant, malē appel-
lant, quod sunt de capite dempta, non à capi-
te. Ad caput additum rectē dicitur, si est extra
caput quod additur.

Qui transcribunt tabulas, non describunt, sed
exscribunt, qui quales sunt scribunt, id est,
tribunt.

A scena, venit spectator: ē scena venit, qui
egit. Contrā spectator ē theatro: à theatro actor.
De scena loquitur, qui de ea bene an malē or-
nata sit, loquitur. In scena pronūtiat, qui hoc
idem subtiliūs vulr dicere, non in scena, sed
pro scena dicit, pronuntiare actorem in scena
significanter Græcē dicimus. E scena actor
exit, venit in pulpitem, ac vestibulum: in sce-
na itaque actor est, cūm eō venit.

Prodire dicimus, qui domo excedit. Proce-
dere qui eo quod dicit producere.

Pro rostris dici oportet, cūm is qui concio-
natur, his dicit, qui ante rostra sunt. Pro rostris
enim ē ante, idem sunt.

In rostra ascendit, ē rostris descēdit: de rostris
dicit, qui ea cuiusmodi sint, dicit. †

In concione stat, ē concione venit, de concione
dicit.

Inscribunt quidam literis, Date ē Gallia:
Item, Date in Roma, vitiosē: nam sic dici o-
portet, in Gallia, & Roma. Dantur enim in lo-
co, afferuntur ē loco: sequitur vt dentur in Gal-
lia & Roma.

Agellii.

ADoptatio dicitur, quod per prætorē fit.
Arrogatio, quod per populum.

Auarus appellatur, qui auidus æris est. Lo-
cuples, qui multas possessiones tenet.

Lex est generale iussum populi aut ple-
bis, rogante magistratu. Plebiscitum est lex,
quam plebes, non populus accipit.

Rogatio est, siue cūm populus, siue cūm
plebs rogatur, siue quod vniuersos pertinet,
caput ipsum, & origo, & quasi fons.

Populus est, in quo omnis pars ciuitatis, om-
nēque eius ordines continentur. Plebs ea
dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non
insunt.

Qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum
fallere conatur. Qui mendacium dicit, ipse fal-
litur. Qui mentitur, fallit quantum in se est.
Qui mendacium dicit ipse non fallit, quantum
in se est. Ita Nigidius.

Necestudo dicitur pro eo, quod necessum
est. Necestas pro iure officiōque obseruan-
tiæ affinitatisque.

Errare dicitur, & ἁμαρτάνω. Hallucinari ex
eo quod Græcē dicitur ἁμαρτάνω.

Qui vnum quid maturē transigit, is prop-
erat: Qui multa simul incipit, neque perficit,
is festinat.

Vani dicuntur, non (vt vulgus dicit) defi-
pientes aut hebetes, aut inepti: sed vt veterū
doctissimi dixerunt, mendaces & infidi, &
leuia inaniaque pro grauibis & veris astu-
tissimē componētes. Stolidi vocantur non tā
stulti, & excordes, quā tetri, & molesti, ille-
pidi, quos Græci μεχθρόδες ἢ ἀγροπρόδες dicitur.

Vena suapte vi immobiles sunt, & sangui-
nis tantūm demittendi gratia explorantur.

Arteria motu atque pulsu suo habitu &
modum febrium demonstrant.

VOCVM ALIQVOT

APVD TERENTIVM

explicatio.

E veteribus membranis.

HEus, Ohe, Eho, Ehodum, vocandi.

Antehac, Quoad, Posthac, temporis.

Vsqum, Vsqum, Nusquam, Quopiam, loci.

Amabō, Sodes, Hem, Meatu, blandientis.

Pol, Edepol, Castor, Hercle, iurandi.

En, Euge, Eia, Age, Agendum, hortandi.

Nullus, pro non.

Vt, qualitercunque. Vbiubi, ubicunque, Cui-
cui, cuiuscunque.

Hen, heu, dolentis.

Hui, Phy, Pape, admirantis.

Vaha, deridentis vel indignantis.

Atat, expauescentis

Haha ha, deridentis.

Hen hen, au au, Aentis.

Nequicquam, frustra. Neentiquam, nullo modo.

Idem, similiter.
Apprimè, Valde.
Atqui, Certè.
Potis est, potest: *Pote*, potes.
Esti, nametsi, pro quamuis.
Qui, quare vel quomodo.
Quam, quantum.
Maximè, sæpe pro libenter.
Eccum, ecce cum vel ipsum.
Ecca ipsa, ecce ea ipsa.
Hicce, pro hic, *hiccine*, pro hicne: *hicce*, pro hij:
istocine, pro istone: huiusce, pro huius:
hiscine, pro hissine.
Illaccon, pro illaclone.
Malum, interiectio.
Tute, tuiipse.
Scelus, quandoque pro scelesto.
Periculum, pro experientia.
Res, pro prædiis vel utilitate.
Facinus, quandoque factum.
Mala, maxilla.
Dica, scedula.
Angiportum, via arcta.
Occipio, incipio.
Cesso, tardo.
Faxo, faxim, pro faciam vel fecerim: *faxint, fa-*
cient, fecerint.
Dedo, do: dedim, dabo: duint, dent.
Scies, pro scis: *Sient*, pro sint.
Face, pro fac. *Adduce*, pro adduc.
Mitte, pro dimitte. *Rogo*, pro interrogo.
Offendi, pro inueni.
Maue, pro ausculta.
Oppetor, expecto.
Percontor, inquiri.
Maturo, accelero.
Obtundo, eneco, de magna modestia.
Concedo, obedio.

Exigo, expello & sperno.
Arcessor, vocor.
Vcreor, timco, *Reuereor*, obseruo.
Calleo, callidè scio.
Abnuo, nego & subtraho.
Refello, contradico.
Gannit, latrat, inaniter loquitur.
Disperij, per deos perij.
Posterdie, pro postridie, hoc est, postero die.
 10 *Astu*, astutia vel prouidentia. *Astu* pro ciuita-
 te.
Miserè interdum pro immoderatè.
Prauiso, videre desidero.
Sedulò, intendò, *utiliter*, studiose, *ex animo*, sine
 dolo.
Ambages, verba frustratoria. *Phalera*, insidio-
 sa.
Clientela, seruitium vel multitudo clientium.
Conclamatum, satis dictum.
 20 *Faceffere*, libenter & cum desiderio facere.
Id propterea, propter id.
Ostentare, vanè se iactare vel ostendere.
Propedim, breui vel cito.
Dicm, breue tempus: *Aetatem*, tempus longū
 significat, aduerbialiter.
Debacchari, furere, à furore non cessare.
Despicatus, despectus.
Aerumna, molestia vel miseria.
Floci facere, contemnere, despiciere.
 30 *Lacessere*, prouocare.
Suffarcinatus, succinctus.
Iurandum, pro iusiurandum.
Exemplum facere, id est pœnam constituere.
Potesse, potis esse, posse.
Quis, pro qui, *Quisus* pro quæuis. *Quisnam* pro
 quamnam.
Sycophanta, pro comedone.
Succenturiatus, sub centuria positus.

PAULI

FINIS.